rēt: p̄pter q̄d etiā nob̄ scrip̄ture auctoritate
sūt pdita: vel ad exercēdā: pbādā manifestan-
dāq̄ iustoz paciāz. Neq̄z em̄ pua visibiliū mi-
raculoz potētia: iob̄ cūcra q̄ hēbat am̄sit et fi-
lios: et ipam̄ corporis sanitatem.

Quicqd̄ angeli trāsgressores malī faciūt
nō ip̄is seruiūt ad nutū creature corpales: s̄
deo a quo dat̄ potestas

La. VIII

DEc lo putādū ē istis trāsgressozib̄
angelis ad nutū fūire hāc visibiliuz
rez materiaz: s̄ deo poti⁹ a q̄b̄ ptās
dat̄: q̄stū in sublimi et spiritali sede incōmuta-
bilis iudicat. Hāc et dānatis iniq̄s etiā i metal-
lo seruiūt aq̄ et ignis et terra vt faciāt inde q̄d
volūt: s̄ q̄stū finit̄: nec sane creatores illi ma-
li angeli dicēdi sūt: qz pillos magi resistētes
famulo dei: ranas et serpētes fecerūt. Nō em̄
ip̄ i eas creauerūt. Sim̄ q̄ppe rez q̄ corpaliū
visibiliter qz nascunt̄: occulta q̄dā semina in
istis corporeis mūdi hui⁹ elemētis latēt. Alia
sunt em̄ hāc sp̄icua oculis n̄ris ex fructibus
et aiātib̄: alia v̄o occulta istozū seminū se-
mina. V̄n̄ iubēte creatore p̄durit aqua p̄ma
nataalia et volatilia. Terra aut̄ p̄ma sui ge-
neris germinā: et p̄ma sui generis anālia. Ne-
qz em̄ tūc hui⁹cemodi fer⁹ ita p̄ducti sunt:
vt in eis q̄ p̄ducta sunt: vis illa cōsūpta sit: s̄
plerūqz desunt p̄grue tēperamentoz occa-
siones: quib⁹ erūpāt et sp̄s suas pagāt. Ecce
em̄ breuissim⁹ surculus semē ē: naz p̄uenient̄
mādat̄ terre arborē facit. Hui⁹ autē surculi
subtilius semē aliq̄d eiusdē generis granum
est: et hucusqz nobis visibile. Itā v̄o hui⁹ etiā
grani semē: quib⁹ oculis videre neq̄am⁹: rō-
ne tūc cōiūcere possum⁹: qz nisi talis aliq̄ vis
eēt in istis elemētis: nō plerūqz nascerent̄ ex
terra q̄ ibi seminata nō eēt. Hec aiālia tā m̄l-
ta nulla mariū: seiāz qz cōmixtioe p̄cedente
siue i terra: siue i aq̄: q̄ tūc crescūt: et coeundo
alia pariunt̄: cū illa nullis coeuntib⁹ pentib⁹
orta sint. Et certe apes semina filioz nō coeū-
do cōcipiūt: s̄ tanq̄ sparsa p̄ terras ore colli-
gūt. Inuisibiliū. n. feminū creator: ip̄e crea-
tor ē oim̄ rez: qm̄ q̄cūqz nascendo ad oculos
n̄ros exērit̄: ex occultis semib⁹ accipiūt pro-
grediēdi p̄mordia: et incrementa debite magni

rudis distinctioe s̄qz formaz. ab originalibus
tanq̄ i gulis sumūt. Sic ḡ nec pentes dicim⁹
creatores hoim̄: nec agricolos creatores fru-
gū: quib⁹ eoz extrinsec⁹ adhibet̄ motib⁹ ista
creanda dei virtus interi⁹ opes. Ita nō soluz
malos s̄ nec bonos āgelos fas ē putari crea-
tores: si p̄ subtilitate sui sensus et corporis: semi-
na rez istaz nobis occultiora nouerūt: et ea
p̄ p̄gruas tēpatioes elemētoz latētē spargūt
atqz ita gignēdaz rez: et accelerādoz incre-
mētozū p̄bent̄ occasioes. S̄ nec boni hec ni-
si q̄ntū de⁹ iubet: nec mali hec iniuste faciūt:
nisi q̄ntū iuste ip̄e p̄mittit. Nā iniqui malicia
volūtate habet̄ iusta: ptāte: aut̄ nō nisi iuste
accipit: siue ad penā suā: siue ad alioz: v̄l pe-
nā maloꝝ: vel laudē bonoꝝ. Itaqz ap̄is pau-
lus discernēs interi⁹ deū creatēre atqz formā
tem ab opib⁹ creature q̄ admonēt̄ extrinsec⁹
et de agricultura s̄litudiez assumēs ait. Ego
plātaui: apollo rigauit: s̄ de⁹ incrementū de-
dit. Sicut ḡ in ip̄a vita n̄ra mentē iustificādo
formare nō p̄t nisi de⁹: p̄dicare at̄ euāgeliz
extrinsecus et hoies possūt: nō solū boni p̄ ve-
ritatē: s̄ etiā mali p̄ occasioē. Ita creationē
rez visibiliū de⁹ interi⁹ opat̄. Exteriores aut̄
opatioes siue bonoꝝ siue maloꝝ: vel āgelozū
vel hoim̄: siue etiā quozūcunqz aiāliū fm̄ im-
periū suū. et a se impietas distributioes ptātū
et appetitioes p̄moditatū ita rez nature adhi-
bet in q̄ creat oia quē admodū terre agricul-
turā. Qua p̄p̄: ita nō possū dicere āgelos ma-
los magicis artib⁹ euocatos creatores fuisse
ranarū atqz serpentū: sic nō possū dicere ho-
m̄es malos creatores eē segetis: quā p̄ eozū
opaz video exortā. Sic nec iacob creator co-
loꝝ iu pecozib⁹ fuit: qz bibētib⁹ in p̄ceptu m̄ri-
bus variatas virgas q̄s intuerent̄ apposuit:
S̄ nec ip̄e pecudes creatrices fuerūt varie-
tat̄ plis sue: qz in hēserat anie illarū discolor
phātaia ex cōtuitu variāz virgarū p̄ oculos
imp̄ssa: q̄ nō potuit nisi corpu q̄d sic affecto
spū aiābatur ex cōpassioe p̄mixtiois afficere
v̄n̄ teneris feruū p̄mordijs color et n̄ asp̄ge-
retur. Ut em̄ sic ex semetip̄is afficiant̄: v̄l aiā
ex corpe: vel corpe ex aiā: p̄gruetie rōnis id fa-
ciūt q̄ incōmutabiliter viuūt in ip̄a sūma dei
sapia: quā nulla spacia locoꝝ capiūt: et cū ip̄a
sit incōmutabilis: nihil eoz q̄ cōmutabilis sūt
deserit: qz nihil eoz nisi p̄ ip̄az creatū ē. Ut ei
de pecozib⁹ nō virge s̄ pecora nascerent̄: fe-
cit hoc incōmutabilis et inuisibilis ratio sapie
dei: p̄ quā creata sūt oia. Ut aut̄ de varietate
virgarū pecozū p̄ceptoz color aliqd duceret
se cit hoc aiā grauide pecudis p̄ oculos affe-

1. Loz. 3

Eccl. 30

tra forinsecus: et interi^o secuz p suo modulo formadi regulā trahēs: quā de intima potentia sui creatoris accepit. Sz q̄tra sit vis aie ad afficiēdā atq; mutandā materiā corpālē: cuz tū creatrix corpis dici nō possit: qz ois cā mutabilis sensibilisq; sube: oisq; modus et nūer^o et pond^o eius vñ efficiē vt et sit: et natura ita vñ ita sit: ab intelligibili et incōmutabili vita q̄ super oia ē: existit: et puenit vsq; ad extrema atq; terrena: mult^o fmo ē: nec nūc necessarius. Ulex p̄pterea factū iacob de pecorib^o cōmemorandū arbitrat^o sum: vt intelligeret si hō q̄ d̄gas illas sic posuit: dici nō pōt creator: coloz i agnis et hedis: nec ipe matz aie q̄ p̄ceptā p̄ oculos corpis phantasiā varietatis semib^o carne p̄ceptis: q̄tū natura passa ē: asperūt: multomin^o dici posse ranaz sp̄entūoz creatozes angelos malos: p quos magi pharaonis tunc illa fecerūt.

Exod. 8

De causis originalib^o creaturaz corpaliū quas mūdo creator inseruit. Ca. IX

Aliud ē em̄ exitimo ac sūmo causaz cardine cōdere atq; administrare creaturā: qd̄ q̄ facit: sol^o creator ē deus. Aliud autē p̄ distributis ab illo virib^o et facultatibus aliquā opationē forinsec^o admouere vt tūc vel tūc: sic vel sic: exeat qd̄ creat. Ista q̄ppe originalit^o ac p̄mordialiter in qdā textura elementoz cuncta iā creata sūt: s̄ acceptis opportunitatib^o p̄deūt. Itā sicut m̄fes graui de sunt ferib^o: sic ipe mūduz grauidus ē causis nascentiū: q̄ in illo non creant: nisi ab illa sūma eēntia: vbi nec orit: nec morit aliquid: nec incipit eē: nec desinit. Adhibere autē forinsecus accidētes causas: q̄ tamen nō sunt naturales: tñ fm naturā adhibent vt ea q̄ secreto nature sinu abdita p̄tinent: erūpāt: et foris creent quodā mō explicando mēsuras et nūeros: et pōdera q̄ in occulto acceperūt ab illo: q̄ oia in mēsurā et nūero et pōdere disposuit: nō solū mali angeli: s̄ etiā mali hoies possunt: sicut exemplo agriculture: supra docuimus: s̄ ne de aiab^o q̄ si diuersa ratō moueat: quia hñt sp̄m vite cū sensu appetēdi: q̄ fm naturā sūt vitādiq; p̄traria: etiā hoc ē videre: q̄ multi hoies noue s̄: ex q̄bus herbis: aut carnib^o: aut quaz cunq; rez q̄ bullibet succis et humorib^o: vel ita positis: vel ita obrutis: vel ita cōtritit: vel ita cōmixtis: que aialia nasci soleāt quozū se q̄s tā demēs audeat dicere creator: Quid q̄ mix si que admodū p̄t nosse q̄libz nequissim^o hō: vñ illi vel illi vermes musceq; nascant: ita mali angeli p̄ subtilitate sui sensus in occultioib^o elementozū semibus no-

Cap. 11

runt: vñ rane sp̄tesq; nascant: et hec certas et notas t̄pationū oportunitates occultis motib^o adhibēdo faciūt creari: nō creat: s̄ illa hoies q̄ solēt ab hoib^o fieri: nō mirāt. Qd̄ si q̄sq; celeritates in cremētozū forte miratur q̄ illa aiantia tā cito facta sunt: attēdat quē admodū et ista p̄ modulo facultatis humane ab hoib^o p̄curent. Uñ em̄ fit vt eadē corpora citius vermescant estate q̄ hyeme: citi^o in calidiorib^o q̄ in frigidiorib^o locis: Sz ab hoibus tāto difficili^o adhibent: q̄to desūt sensu subtilitates: et cozpoz mobilitates in mēbris terrenis et pigris. Uñ qualibuscūq; angelis vicinas causas ab elementis p̄trahere: quāto facili^o ē: tāto mirabiliores in hmōi operib^o eoz existūt celeritates: s̄ nō ē creator: nisi q̄ p̄ncipalit^o ista format. Nec quisq; h̄ pōt nisi ille penes quē p̄mit^o sunt oim̄ q̄ sunt mēsurare: nūeri: et pōdera: et ipe ē vnus creator de^o: ex cui^o ineffabili potētatu fit etiā vt qd̄ possēt hi angeli si p̄mitterent: ideo nō p̄t: qz non p̄mittunt. Necq; n. occurrit alia rō: cur nō potuerint facere minutissimas muscas qui ranae serpētesq; fecerūt: nisi qz maior aderat d̄natio p̄hibendi p̄ sp̄m sc̄m: qd̄ etiā ipi magi cōfessi sunt dicētes. Digit^o dei ē h. Quid autē possint p̄ naturā: nec possint p̄ p̄hibitionē: et qd̄ p̄ ipius nature sue cōditionē facere non si nant: homi explorare difficili ē: imo x̄o imp̄cibile: nisi p̄ illud donū dei: qd̄ ap̄s cōmēorat dicēs: Alij d̄judicatio spiritūū. Nouim^o enī hoiem posse ambulare: et nequa q̄ h̄ posse si nō p̄mittat: volare autē nō posse etiā si p̄mittat. Sic et illi angeli quedā p̄t facere: si p̄mittant ab angelis potētiorib^o ex impio dei: que dā x̄o nō p̄t: nec si ab eis p̄mittant: qz ille nō p̄mittit a quo illis ē talis nature modus: qui etiā p̄ angelos suos et illa p̄lexq; nō p̄mittit q̄ cōcessit vt possint. Exceptis igit illis: q̄ visita tissimo trāscursu tempoz in rez nature ordine corpaliū sūt: sicut sunt ortus sidez occasusq; generatiōes et mortes aialiu: seminū et germinū inūerabiles diuersitates: nebule et nubes: niues et pluuie: fulgura et tonitrua fulmina et gradines: venti et ignis: frigus et est^o: et oia talia. Exceptis etiā illis q̄ in eodē ordine sidez: et mōstra et terremotus: et silia. Exceptis igit oibus quozū qd̄c p̄ma et sūma causa nō ē nisi volūtas dei. Uñ et in psalmo: cuz qdā hui^o generis essent cōmemorata: ignis: grado: mix glacies: sp̄s tēpestatis: ne q̄s ea vel fortuitu: vel causis tñmō corpaliibus: vel etiā spiritalib^o: tñ p̄ter volūtatē dei existenti-

Ibidē

Exod. 8

Ibidē 7

Exod. 8

1. Cor. 12

Ps. 148

Tertius

bus agi crederet: continuo subiecit: que faci
Ibidē unt verbum eius.

De significationib⁹ q̄ ad manifestandam
voluntatē dei: siue p̄ hoīca: siue p̄ angelos mi
nistrantur. **Lapm. X**

Sed his vt dicere ceperā exceptis:
alia sunt illa que q̄uis ex eadē mate
ria corpali: ad aliqd̄ tñ diuinū⁹ an
nūciandū nr̄is sensib⁹ admouēt: q̄ pp̄rie mi
racula ⁊ signa dicunt: nec in oib⁹ que a nob̄
a dño deo annūciant: ip̄ius dei p̄sona suscipi
tur. Lū aut̄ suscipit: aliqñ in angelo demon
strat: aliqñ in ea specie q̄ nō ē qd̄ angelus: q̄
uis p̄ angelū disposita mistret. Rursus cū in
ea specie suscipit: que nō ē qd̄ angelus: aliqñ
iā erat ip̄m corp⁹: ⁊ ad h̄ demonstrandū in ali
quā mutationē assumit: Aliqñ ad hoc exor̄it
⁊ re pacta rursus assumit: sicut etiā cū hoīes
annūciāt: Aliqñ ex sua p̄sona v̄ba dei loquan
tur: sicut cum p̄mittit: dicit dñs: aut hec dicit
dñs: aut tale aliqd̄. Aliqñ aut̄ nihil tale p̄mit
tentis: ip̄am dei p̄sonā in se suscipiūt: sicut ē

Ps. 31

Intellectū tibi dabo: ⁊ cōstituā te in via qua
ingredieris: Sic nō solū in dictis: verū etiā
in factis dei p̄sona significāda imponit pp̄he
te: vt eā gerat in misterio pp̄hetie: sicut eius
p̄sonā gerebat q̄ vestimentū suū diuisit i duo
decim p̄tes: ⁊ ex eis decē seruo regis salomo
nis de dit: regi futuro isrl̄. Aliqñ etiā res q̄ nō
erat qd̄ pp̄h̄a: ⁊ erat iā in terrenis reb⁹ i hu
iūsmodi significationē assumpta ē: sicut som
no viso euigilās iacob fecit de lapide: quem
dormiēs hēbat ad caput: Aliqñ ad hoc fit ea
dē spēs vel aliq̄tūlū māsura: sicut potuit ser
pens ille ene⁹ exaltat⁹ in heremo: sicut p̄f̄et
lfe. Vel pacto misterio trāsitura: sicut panis
ad hoc factus in accipiēdo sacramēto consu
mit. Sed q̄z hec hoīb⁹ nota sunt: q̄z p̄ hoīes
fiunt: honorē tanq̄ religiosi p̄f̄it habere: stu
porē tanq̄ mira non p̄f̄t. Itaq̄ illa q̄ p̄ ange
los fiunt: quo difficiliora ⁊ ignotiora: eo mira
biliora sunt nobis: illis aut̄ tanq̄ sue actiōes
note atq̄ faciles. Loquit̄ ex p̄sona dei ange
lus homini dicēs. Ego sum de⁹ abraā: ⁊ deus
isaac: ⁊ de⁹ iacob: cū sc̄ptura p̄dixisset. Christus
est ei angel⁹ dñi. Loquit̄ ⁊ hō ex p̄sona dñi di
cēs. Audi p̄lus meus ⁊ loquar isrl̄: ⁊ testifi
cabo: tibi de⁹: de⁹ tuus ego sum. Assumpta ē

3. Reg. 11

Gen. 28

1. Aume. 21

Exod. 3

Ps. 80

⁊ ad significationē: ⁊ in serpentē angelica
facultate mutata ē. Que facultas cū desit ho
mini: assumpt⁹ ē tñ ⁊ ab hoīe lapis: ad talē ali
quā significationē. Inter factū āgelī: ⁊ factū
hoīs: plurimū distat. Illud ⁊ mirandū ⁊ intel
ligendū est: hoc aut̄ tantū nō intelligendūz.

Qd̄ ex vtroq̄ intelligit: fortassis vnū ē: at il
la ex q̄bus intelligit diuersa sunt: tanq̄ si no
men dñi ⁊ auro ⁊ atramēto scribat. Illud est
p̄ciosius: illud vill⁹: qd̄ tñ vtroq̄ significat id
ip̄m ē. Et q̄uis idē significauerit: ex v̄ga moy
si serpens qd̄ lapis iacob: melius tñ aliqd̄ lapis
iacob q̄ serpetes magoz. Itā sicut vnctio la
pidis xpm̄ in carne: in qua vnct⁹ ē oleo exul
tatiōis p̄cipib⁹ suis: ita v̄ga moȳsi cōuersa
in serpentē ip̄m xpm̄ factū: obedientē vsq̄ ad
mortē crucis: vn̄ ait. Sicut exaltauit moyses
serpentē in dextro: sic optet exaltari filiū hoīs
vt oīs q̄ credit in ip̄o: nō pereat: s̄ hēat vitā
eternā. Sicut intuētes illū serpentē exaltatū
in heremo serpentū mortib⁹ nō peribāt. Ele
tus em̄ hō n̄ fixus ē cruci cū illo: vt euacuet̄
corp⁹ pcti. Per serpentē em̄ intelligit moys:
que facta ē a serpētē in paradiso: mō locutiōis
p̄ficiētē id qd̄ efficit demonstrante. Ergo
v̄rga in serpentē: xps̄ in mortē: ⁊ sp̄ens rur
sus in v̄gā: xps̄ in resurrectionē tot⁹ cū corpe
suo qd̄ ē ecclesia: qd̄ in fine t̄pis erit: que sp̄en
tis cauda significat: quā moyses tenuit vt re
diret in v̄rgam. Serpetes aut̄ magoz tanq̄
mortui seculi: nisi credētes in xpm̄ tanq̄ de
uorati in corp⁹ eius intrauerint: resurgere ī
illo nō poterūt. Lapis q̄ iacob vt dixi melius
aliqd̄ significauit q̄ serpetes magoz. At em̄
factū magoz: multo mirabil⁹. Vt hec cita
nō p̄iudicat rebus intelligēdis: tanq̄ si hoīs
nomē scribat auro: ⁊ dei atramēto. Illas eti
am nubes ⁊ ignes quō fecerint vel assumpse
runt angeli ad significandū qd̄ annūciabant
etiā si dñs vel sp̄s sanctus illis corp̄alib⁹ formis
ostendebatur. Quis nouit hoīm: sicut infan
tes nō nouit qd̄ in altari ponit: ⁊ pacta pieta
tis celebratiōe cōsumit: vnde vt quō cōficiat
tur: vnde in vsum religionis assumat. Et si
nunq̄ discat expimento vel suo vel alioz: et
nunq̄ illā sp̄em rex videat: nisi inter celebra
tiōne sacramentoz cū offerit ⁊ dat: dicaturq̄
illis auctoritate grauissima cui⁹ corp⁹ ⁊ san
guis sit: nihil aliud credēt: nisi oīno in illa spe
cie dñm oculis appuisse mortaliū: ⁊ de latere
tali p̄cusso: liquorē illum oīno fluxisse. Adhibi
aut̄ oīno vtile ē: vt meminerim v̄nū mearū
fratresq̄ meos admoneā vt ⁊ ip̄i meminerit
suar̄ ne vltra q̄ tutū est hūana p̄grediat in
firmitas. Quē admodū em̄ hec faciūt ange
li vel potius de⁹: quē admodū hec faciat p̄ an
gelos suos: ⁊ quātū fieri velit etiā p̄ angelos
malos: siue finēdo: siue iubēdo siue cōgendo
ex occulta sede altissimi imperij sui: nec ocu
loz acie penetrare: nec fiducia rōis enucle

Exod. 4

Gen. 28

Exod. 7

Ps. 44

Phil. 2

Joh. 3

Mat. 27

Roma. 6

Exod. 4

are nec puctu mētis cōphendere valeo: vt tā certus hinc loquar ad omnia que requiri d
 his rebus possunt: q̄ si essem angelus: aut p̄-
 pheta: aut ap̄tus. Cogitatioēs em̄ mortaliūz
 Sap. 9 timide z incerte puidētē nostre. Corp̄ em̄
 qd̄ corrūpit̄ aggrauat animā: z deprimit ter-
 rena inhabitatio sensum multa cogitantem.
 Et difficile est inam̄ que in terra sunt: z que
 in p̄spectu sunt inuenim̄ cū labore. Que in
 Sap. 9 celis sunt aut: quis inuestigabit? Sz qz sequit̄
 z dicit. Sensum dō tuū q̄s sciet: nisi tu dederis
 sapiam̄ z miseris sc̄is sp̄m̄ tuū d̄ altissimis
 Que in celis sūt qd̄ nō in uestigam̄: que re-
 rū genere z corp̄a āgelica s̄m̄ pp̄riā dignita-
 tē z eoz qd̄a corp̄alis actio p̄inc̄t: s̄m̄ sp̄m̄ tñ
 dei missum nob̄ d̄ altissimis z im̄p̄tā ei⁹ gra-
 tiā mentib⁹ n̄ris: audeo fiducialit̄ dicere: nec
 deū p̄rem: nec x̄bā ei⁹: nec sp̄m̄ ei⁹: qd̄ deus
 vnus est: p̄ id qd̄ ē: atqz id̄ ip̄m̄ est: vllomō esse
 mutabilē: ac p̄ hoc multo min⁹ eē visibilē: qm̄
 sunt qd̄a q̄uis mutabilia: non tñ visibilia: sic
 n̄re cogitatioēs: z memorie: z voluntates: z
 oīs incorp̄ea creatura. Visibile autē quicqz
 nō est: qd̄ non sit mutabile.

Essentiā trinitatis nunq̄ oculis apparuit
 se mortaliū: sed p̄ subiectā sibi creaturā signi-
 ficasse que voluit. La. XI

Quia p̄pter sūba vel s̄m̄ meli⁹ d̄: eēntia
 dei: vbi p̄ modulo n̄ro ex quātulacū
 qz p̄ricula intelligim⁹ p̄rem z filiū et
 sp̄m̄ sc̄m̄: qm̄ qd̄ nullo mō mutabilis ē: nullo
 mō pot̄ ip̄a p̄ semetip̄am eē visibilis. P̄ oin-
 de illa oīa que p̄ribus visa sunt: cum de⁹ illis
 p̄ suā dispensationē tp̄ib⁹ agruā p̄sentaref:
 p̄ creaturā facta esse manifestū ē. Et si nos la-
 tet quō ea m̄stris angelis fecerit: p̄ angelos
 tñ esse facta: nō ex n̄ro sensu dicim⁹: ne cuiqz
 videamur plus s̄ape p̄ter q̄ optet s̄ape. Sz sa-
 piam⁹ ad t̄p̄antiā sicut deus nob̄ parit⁹ ē mē-
 surā fidei: z credimus p̄pter qd̄ z loquimur.
 Roma. 12. 2. Cor. 4. Errat em̄ auctoritas diuinay scripturay: vn-
 de mēs n̄ra deuicare nō debet: nec relicto soli-
 damento diuini eloquiū: p̄ suspicionū suarum
 abrupta p̄cipitari: vbi nec sensus corp̄is fgit:
 nec p̄sp̄icua rō x̄itatis elucet. Ap̄tissime q̄ppe
 sc̄ptū ē in eplā ad hebreos cū dispensatio no-
 ui testamēti a dispēsatiōe veteris testamēti
 s̄m̄ agruentiā seculoz actp̄m̄ distingueretur
 nō tñ illa visibilia: sed ip̄m̄ etiā sermonē p̄ an-
 gelos factū: sic em̄ dicit. Ad que aut̄ angeloz
 heb. 1 dixit aliq̄n. Sede ad dexteraz meā: q̄ ad usqz
 ponā inimicos tuos sc̄ab ellū pedū tuoz: n̄ō
 ne oēs sūt m̄stri sp̄s ad m̄strationē missi: p̄-
 p̄ter eos q̄ futuri sūt i hereditatē possidere sa-

lutis: hinc cōdit illa oīa: nō solū p̄ āgelos sc̄ā
 s̄ etiā p̄p̄ nos facta: i. p̄p̄ ip̄m̄ dei: cui p̄mit-
 tit hereditas vite et̄ne: sic ad corinthios etiā
 sc̄ptū ē. Oīa h̄ in figura p̄tingebāt illis: sc̄pta
 sūt aut̄ ad correptionē n̄ram: i. q̄s fines secu-
 loz obuenit. Deinde qz tūc p̄ āgelos: n̄c̄ aut̄
 p̄ filiū s̄mo factus ē: p̄sequēter ap̄teqz demon-
 strās. Propterea inq̄: abundant⁹ optet at-
 tēdere nos q̄ audiūm⁹: ne forte defluamus.
 Si em̄ q̄ p̄ āgelos dicit⁹ s̄mo fact⁹ ē firmus: et
 oīs p̄uaricatio z inobediētia iustam accepit
 mercedis retributionē: quō nos effugiemus
 tantā negligētes salutē: Et q̄si q̄rētes quam
 salutē vt osideret se de nouo testamēto iā di-
 cere: i. s̄mone q̄ nō p̄ angelos: s̄ p̄ d̄m̄ fact⁹ ē
 Que cū initiū accepisset inq̄: vt enarraret
 p̄ d̄m̄ ab his q̄ audierit in nos p̄firmata ē: cō-
 testate deo signis z portētis z varijs x̄rutib⁹
 z sp̄ū sc̄ti diuisiōib⁹ s̄m̄ suā voluntatē. Sz ait
 aliq̄s: cur q̄ sc̄ptū ē. Dixit ad moysen: z nō po-
 ti⁹: dixit angel⁹ ad moysen: Quia cū x̄ba in-
 dicis p̄co pronūciat: nō scribit in gestis: ille p̄-
 co dixit. s̄ ille iudex. Sic etiā loquēte p̄p̄ha s̄a-
 cto: z si dicam⁹ p̄p̄ha dixit: nihil aliud q̄ d̄m̄ di-
 xisse intelligi volum⁹. Et si dicam⁹: d̄m̄ dixit
 prophetā nō s̄trahim⁹: s̄ q̄s p̄ eū dixerit ad-
 monem⁹. Et illa qd̄ sc̄ptura sepe aperit āge-
 lū eē deū: q̄ loquēte idētidē d̄: d̄m̄ dixit: sic iā
 demonstrauim⁹. Sz p̄p̄ eos q̄ cū scriptura
 illic angelū noiat: ip̄m̄ p̄ seip̄m̄ filiū dei volūt
 itelligi: qz p̄p̄ anūciationē p̄nc̄ ac sue volū-
 tati a p̄p̄ha dicit⁹ ē angel⁹: propterea volūt
 ex hac eplā māifestū testimoniū dare: vbi nō
 dicitū ē: p̄ angelū: s̄ p̄ angelos. Itā stephan⁹
 in actib⁹ ap̄toz eo more narrat h̄: q̄ etiā in li-
 bris veterib⁹ p̄sc̄pte sūt. Ulri fr̄es z p̄fes au-
 dite inq̄: d̄s gl̄ie appuit abraē p̄f̄i n̄ro: cū eēt
 in mesopotamia syrie. Itē q̄s autē aribitref
 tūc deū gl̄ie p̄ id qd̄ in seip̄o ē: cuiusqz ocul⁹ ap-
 paruisse mortaliū: i. p̄sequentib⁹ dic. qz moysi
 angel⁹ appuerit. Fugit inq̄ moyses in x̄bo
 isto: z fact⁹ ē in q̄lūn̄ in terra madian: vbi ge-
 nuit filios duos. Et cōplet⁹ illic an̄is: xl. appa-
 ruit illi i defro mōtis syna angel⁹ d̄m̄ i flāma
 ignis i rubo. A moyses aut̄ vidēs mirabat̄ vi-
 suz. Qui cū accederet p̄siderare: facta ē vox
 d̄m̄ dicēs. Ego sum de⁹ pat̄z tuoz: de⁹ abraā
 z de⁹ isaac: z de⁹ iacob. Tremefactus autēz
 moyses: nō audebat cōsiderare. Dixitqz illi
 d̄m̄. Solue calciamentū pedū tuoz: h̄ic
 certe z āgelū z d̄m̄ dicit: eundēqz deū abraā
 z deū isaac: z deū iacob: sic i. gen̄es sc̄ptū est.
 An forte q̄s d̄m̄ dicitur ē qz moysi p̄ āgelū appu-
 it d̄m̄: abraē vero p̄ seip̄m̄: At hoc a stepha-

Roma. 12
 2. Cor. 4

Act. 7

Exod. 3

Exod. 3

Liber

no nō q̄ram^o: ip̄m librū vñ stephan^o ista nar-

Gen. 12 Et dixit dñs deus ad abraam: Et paulopost:
Et visus ē dñs de^o abrae: p̄pterea ista non p
angelos facta sunt: cū alio loco siliter dicat.

Gen. 18 Visus ē autē ei de^o ad illicē mambre sedētē ad
ostiu tabernaculi sui meridie. Et tñ cōsequē
ter adiūgit. Respiciēs autē oculis suis vidit:
et ecce tres viri stabāt sup eū: de quib^o iā di-
xim^o. Quō enī poterūt isti q̄ vela x̄bis ad in-
tellectū nolūt assurgere: vel facile se ab intel-
lectu in x̄ba p̄cipitāt: quō potest explicare vi-
suz eē deū in viris trib^o: nisi eos sicut etiā cō-
sequētia docent: angelos fuisse fateant^r. An
q̄: nō dictū est angelus: ei locut^o ē vel appuit:
p̄pterea dicere audebūt: moysi q̄dē illā visio
nē ac vocē p̄ angelū factā: q̄: ita sc̄ptū ē: abrae
autē q̄: cōmemoratio angeli nō ē facta: p̄ sub-
stantiā suā deū appuisse atq̄ sonuisse. Quid
q̄d nec apud abraā de angelo tacituz ē: Nam
ita legi^t cū imolādus fili^o eius p̄cipet. Et fa-
ctū ē post hec x̄ba: tēptauit de^o abraā: et dixit
ad eū. Abraā abraam. Et ille dixit. Ecce ego
Et dixit ei. Accipe filiū tuū dilectū quē diligis
isaac: et vade in terraz excelsam: et offer eū ibi
holocaustū sup vnū montē quem tibi dixerō

Gen. 22 Lerte hic de^o: nō angel^o cōmēoratus ē. Pau-
lopost x̄o ita se habet sc̄ptura. Extēdēs autē
abraā manū suā: sūpsit gladiū volens occide-
re filiū suū. Et vocauit eū angel^o dñi de celo:
et dixit ei: Abraā abraaz. Et dixit. Ecce ego.
Et dixit: Ne iniicias manū tuā sup puerū: ne
q̄ facias ei q̄c̄q̄. Quid ad h̄ r̄ndē: an dictu-
ri sunt deū iussisse vt occideret isaac: et ange-
lū p̄hibuisse? Porro ip̄m p̄fem adūsum dei p̄
ceptū q̄ iusserat vt occideret obtpasse ange-
lo vt p̄ceret. Ridēdus et abūciēd^o hic sensus
est. Sz neq̄ huic tā grosso et abiecto vllū locū
sc̄ptura eē p̄mittit: p̄tinuo subiūgens. Hunc
enī cognoui q̄: times deū tu: et nō pepcisti fi-
lio tuo dilecto p̄pter me. Quid ē p̄pter me:
nisi p̄p̄t eū q̄ occidi iusserat. Idem igi^r deus
abrae q̄ angelus: an poti^o p̄ angelū de^o. Acci-
pe sequētia. Lerte iā hic angel^o manifestissi-
me exp̄ssus ē: attēde tñ q̄d p̄terat. Respiciēs
abraā oculis suis vidit. et ecce aries vnus te-
nebat in arbore sabech cornib^o: et abiit abra-
am: et accepit arietē: et obtulit eū holocaustū
pro isaac filio suo. Et cognominauit abraam
nomē loci illius dñs vidit: vt dicāt hodie q̄: i
mōte dñs visus ē: sicut pauloante q̄d dixit de
us p̄ angelū. Hūc enī cognoui q̄: times deū:
nō q̄: tūc de^o cognouisse intelligēdus est: sed
egisse: vt p̄ deū ip̄e abraam cognosceret q̄n-

Ibidē Lerte hic de^o: nō angel^o cōmēoratus ē. Pau-
lopost x̄o ita se habet sc̄ptura. Extēdēs autē
abraā manū suā: sūpsit gladiū volens occide-
re filiū suū. Et vocauit eū angel^o dñi de celo:
et dixit ei: Abraā abraaz. Et dixit. Ecce ego.
Et dixit: Ne iniicias manū tuā sup puerū: ne
q̄ facias ei q̄c̄q̄. Quid ad h̄ r̄ndē: an dictu-
ri sunt deū iussisse vt occideret isaac: et ange-
lū p̄hibuisse? Porro ip̄m p̄fem adūsum dei p̄
ceptū q̄ iusserat vt occideret obtpasse ange-
lo vt p̄ceret. Ridēdus et abūciēd^o hic sensus
est. Sz neq̄ huic tā grosso et abiecto vllū locū
sc̄ptura eē p̄mittit: p̄tinuo subiūgens. Hunc
enī cognoui q̄: times deū tu: et nō pepcisti fi-
lio tuo dilecto p̄pter me. Quid ē p̄pter me:
nisi p̄p̄t eū q̄ occidi iusserat. Idem igi^r deus
abrae q̄ angelus: an poti^o p̄ angelū de^o. Acci-
pe sequētia. Lerte iā hic angel^o manifestissi-
me exp̄ssus ē: attēde tñ q̄d p̄terat. Respiciēs
abraā oculis suis vidit. et ecce aries vnus te-
nebat in arbore sabech cornib^o: et abiit abra-
am: et accepit arietē: et obtulit eū holocaustū
pro isaac filio suo. Et cognominauit abraam
nomē loci illius dñs vidit: vt dicāt hodie q̄: i
mōte dñs visus ē: sicut pauloante q̄d dixit de
us p̄ angelū. Hūc enī cognoui q̄: times deū:
nō q̄: tūc de^o cognouisse intelligēdus est: sed
egisse: vt p̄ deū ip̄e abraam cognosceret q̄n-

Ibidē Lerte hic de^o: nō angel^o cōmēoratus ē. Pau-
lopost x̄o ita se habet sc̄ptura. Extēdēs autē
abraā manū suā: sūpsit gladiū volens occide-
re filiū suū. Et vocauit eū angel^o dñi de celo:
et dixit ei: Abraā abraaz. Et dixit. Ecce ego.
Et dixit: Ne iniicias manū tuā sup puerū: ne
q̄ facias ei q̄c̄q̄. Quid ad h̄ r̄ndē: an dictu-
ri sunt deū iussisse vt occideret isaac: et ange-
lū p̄hibuisse? Porro ip̄m p̄fem adūsum dei p̄
ceptū q̄ iusserat vt occideret obtpasse ange-
lo vt p̄ceret. Ridēdus et abūciēd^o hic sensus
est. Sz neq̄ huic tā grosso et abiecto vllū locū
sc̄ptura eē p̄mittit: p̄tinuo subiūgens. Hunc
enī cognoui q̄: times deū tu: et nō pepcisti fi-
lio tuo dilecto p̄pter me. Quid ē p̄pter me:
nisi p̄p̄t eū q̄ occidi iusserat. Idem igi^r deus
abrae q̄ angelus: an poti^o p̄ angelū de^o. Acci-
pe sequētia. Lerte iā hic angel^o manifestissi-
me exp̄ssus ē: attēde tñ q̄d p̄terat. Respiciēs
abraā oculis suis vidit. et ecce aries vnus te-
nebat in arbore sabech cornib^o: et abiit abra-
am: et accepit arietē: et obtulit eū holocaustū
pro isaac filio suo. Et cognominauit abraam
nomē loci illius dñs vidit: vt dicāt hodie q̄: i
mōte dñs visus ē: sicut pauloante q̄d dixit de
us p̄ angelū. Hūc enī cognoui q̄: times deū:
nō q̄: tūc de^o cognouisse intelligēdus est: sed
egisse: vt p̄ deū ip̄e abraam cognosceret q̄n-

Ibidē Lerte hic de^o: nō angel^o cōmēoratus ē. Pau-
lopost x̄o ita se habet sc̄ptura. Extēdēs autē
abraā manū suā: sūpsit gladiū volens occide-
re filiū suū. Et vocauit eū angel^o dñi de celo:
et dixit ei: Abraā abraaz. Et dixit. Ecce ego.
Et dixit: Ne iniicias manū tuā sup puerū: ne
q̄ facias ei q̄c̄q̄. Quid ad h̄ r̄ndē: an dictu-
ri sunt deū iussisse vt occideret isaac: et ange-
lū p̄hibuisse? Porro ip̄m p̄fem adūsum dei p̄
ceptū q̄ iusserat vt occideret obtpasse ange-
lo vt p̄ceret. Ridēdus et abūciēd^o hic sensus
est. Sz neq̄ huic tā grosso et abiecto vllū locū
sc̄ptura eē p̄mittit: p̄tinuo subiūgens. Hunc
enī cognoui q̄: times deū tu: et nō pepcisti fi-
lio tuo dilecto p̄pter me. Quid ē p̄pter me:
nisi p̄p̄t eū q̄ occidi iusserat. Idem igi^r deus
abrae q̄ angelus: an poti^o p̄ angelū de^o. Acci-
pe sequētia. Lerte iā hic angel^o manifestissi-
me exp̄ssus ē: attēde tñ q̄d p̄terat. Respiciēs
abraā oculis suis vidit. et ecce aries vnus te-
nebat in arbore sabech cornib^o: et abiit abra-
am: et accepit arietē: et obtulit eū holocaustū
pro isaac filio suo. Et cognominauit abraam
nomē loci illius dñs vidit: vt dicāt hodie q̄: i
mōte dñs visus ē: sicut pauloante q̄d dixit de
us p̄ angelū. Hūc enī cognoui q̄: times deū:
nō q̄: tūc de^o cognouisse intelligēdus est: sed
egisse: vt p̄ deū ip̄e abraam cognosceret q̄n-

tas haberes vires cordis ad obediendū deo
vsq̄ ad immolationē vnici filij. Illo mō locu-
tionis quo significat p̄ efficientē id q̄d efficit
sicut dicit frigus pigrum: q̄d pigras facit: vt
video cognouisse diceret: q̄: ip̄m abraam co-
gnoscere fecerat quē poterat latere fidei sue
firmitas: nisi tali exp̄mento probaret. Ita et
hic cognominauit abraā nomē loci illius dñs
vidit: id ē q̄d videri se fecit. Nam cōtinuo se-
curus ait: vt dicāt hodie q̄ in mōte dñs visus
est. Ecce idem angelus: dñs dicit. Quare ni-
si q̄: p̄ angelū dñs? Jam x̄o in eo q̄d sequitur
propheticē om̄ino loquitur angelus et p̄orsus
aperit q̄d p̄ angelū deus loquat. Et vocauit
inquit angelus dñi abraā itex de celo dicens:

Gen. 22 Per me iuravi dicit dñs: pro eo q̄d fecisti hoc
verbū: et nō pepcisti filio tuo dilecto propter
me et. Hec certe verba vt dicat ille: p̄ quē lo-
quit dñs: hec dicit dñs: etiā prophete solent
habere. An filius dei de p̄re ait: dicit dñs: et ip̄
se est ille angel^o p̄ris. Quid ergo de illis tri-
bus viris? Hōne respiciunt quomō vigeant
qui visi sunt abrae: cū p̄dictū esset: visus ē ei
dñs: an q̄: viri dicti sunt: nō erāt angeli? Da-
nielem legāt dicentē. Ecce vir gabriel: Sed
quid vltra differimus: ora corū euidentissimo

Dan. 8 atq̄ grauiissimo alio documēto op̄pillare: vbi
nō angelus singulariter: nec viri pluraliter
sed omnino angeli dicunt: p̄ quos sermo nō
quilibet factus: sed lex ip̄a data manifestissi-
me ostendit: quā certe nullus fidelium dubi-
tat deū dedisse: moysi ad subiugandum p̄p̄m
israel: sed tñ per angelos datā ita stephanus
loquit. Dura ceruice inquit: et nō circumcisi
corde et aurib^o: vos semp̄ spiritū sc̄ctō restiti-
stis: sicut p̄res v̄ri: quē prophetarū nō p̄secu-
ti sunt p̄res v̄ri: et occiderūt eos qui p̄nuncia-
bant de aduentu iusti: cuius nūc vos prodi-
tores et interfectores fuistis qui accepistis le-
gem in edictis angelorum: nec custodistis.

Act. 7 Quid hoc euidentius: quid tanta auctozita-
te robustius? In edictis quidē angelorū lex
illi populo data est: sed dñi iesu x̄pi p̄ eā dispo-
nebat: et p̄nunciabat aduentus. Et ip̄e tanq̄
verbum dei miro et ineffabili mō erat in an-
gelis: in quorū edictis lex ipsa dabat. Tñ di-
cit in euāgelio. Si crederetis moysi: crede-

Job. 5 retis et mihi: de me enī ille scripsit. Per ange-
los ergo tūc dñs loquebat: per angelos fili-
us dei: mediator dei et hominū futurus: ex se-
mine abrae suū disponebat aduentum: vt in-
ueniret a quibus reciperet cōstitentes reos:
quos lex nō implera fecerat transgressores
Tñ et ap̄tus ad galathas dicit. Quid gl̄lex: Gal. 3

Gen. 22

Dan. 8

Act. 7

Job. 5

1. Thi. 2

Gal. 3

Transgressiois gratia proposita est: donec veniret semet cui premissum est disposita per angelos in manu mediatoris: hoc est disposita per angelos in manu sua. Homo enim natus est per additionem: sed per partem. Quia autem non alique ex angelis dicit mediator: sed ipsum dominum iesum christum in quantum homo fieri dignatus est: habes alio loco. Unus inquit deus: et unus mediator dei et hominum: homo christus iesus. Hinc illud pascha in interfectione agni: hinc illa omnia que de christo venturo in carne atque passuro sed et resurrecturo in lege figurantur: que data est in edictis angelorum: donec veniret semet dispositum per angelos in manu mediatoris. In quibus angelis erat utique et pater: et filius: et spiritus sanctus. Et alique pater: alique filius: alique spiritus sanctus: alique sine ulla distinctione persone de per illos figurabatur. Et si visibilibus et sensibilibus formis apparens: per creaturam tamen suam non per substantiam suam cui videnda corda mundantur per hec omnia que oculis videntur: et auribus audiuntur. Scitatis satis quantum existimo per captum nomen disputatum et demonstratum est: quod in libro susceperam ostendere: constituitur et per phantasiam rationis quantum vel potius quantum ego potui et firmitate auctoritatis quantum de scripturis sanctis divina eloquia patuerunt: quod antiquis patribus nostris ante incarnationem saluatoris cum deo apparere dicebatur: voces ille ac species corporales per angelos facte sunt: siue ipsi loquentibus vel agentibus aliquid ex persona dei: siue etiam prophetas solere ostendimus: siue assumptibus ex creatura quod ipsi non essent: ubi deus figurate demonstraret hominibus. Quod genus significationum nec prophetas omisisse multis exemplis docet scriptura. Superest igitur iam videamus cum nato per virginem domino: et corporali specie sicut columba descendente spiritus sanctus: visusque igneis linguis: sonitu facto de celo die pentecostes post ascensionem domini: non ipsum dei verbum per substantiam suam qua perfectum equale atque coeternum est: nec spiritus patris et filii per substantiam suam qua et ipse utriusque equalis atque coeternus est: sed utriusque creaturas que illis modis formari et existere potuit corporalis atque mortalibus sensibus apparuerit: quod inter illas demonstrationes: et has proprietates filii dei et spiritus sancti: quis per creaturam visibiles factas interstitit: quod ab alio volumine commodius ordinemur.

Explicit liber tertius.

Incipiunt capitula libri quarti.

- i De gratia dei qua sibi humanum genus reconciliat: ut quod perierat: saluetur.
- ii De incarnatione verbi ut participes eius esse possimus.
- iii De simplo saluatoris nostri quod ad du-

- liij De ratione simplici ad duplicem: per numerum ternarium atque senarium.
 - v De quadragesimo sexto anno edificationis dominici corporis.
 - vi De triduo quo impleto dominus surrexit.
 - vii De signis et significationibus: que aduentum domini precesserunt.
 - viii De filio dei qui in forma dei et in forma serui una persona est christi.
 - ix De unitate ecclesie in deo per geminam dilectionem cui formam prebet unitas patris et filii et spiritus sancti.
 - x De mediatore ad mortem diabolo: et mediatore ad vitam iesu christi.
 - xi De facilitate iudicacionum quibus homines ab imundis spiritibus falluntur.
 - xii De falsis et deceptoribus purificationibus.
 - xiii De morte christi non fuisse necessitatis nostre: sed voluntatis sue ac patris.
 - xiiii De sacrificio perfecto et vero: quod ipse pro nobis saluator effectus est.
 - xv De his qui sibi purgationem de virtute propria pollicentur.
 - xvi Sapientes mundi nec resurrectionis veritatem cognoscere: nec futuroz ordinem scire potuisse: quis et ipsi vaticinia habere videantur.
 - xvii Unde apud impios possunt quedam futura presciri.
 - xviii De fide qua credimus temporaliter gesta et veritate que reddet eterna.
 - xix De missione filii dei qua in forma serui patres actus est minor: cum in forma dei patri permaneret equalis.
 - xx Non esse contra equalitatem patris et filii: si etiam secundum coeternam patri divinitatem intelligatur filius missus.
 - xxi De sensibili demonstratione spiritus sancti et de coeterna unitate trinitatis.
- Incipit prohemium in libro quarto.
- S**cientia terrestrium celestiumque rerum magni estimari solet genus humanum: in quo perfecto meliores sunt quam huic scie proponunt nosse semetipsos: laudabiliorque est animus cui nota est infirmitas sua: quam que ea non respecta: vias siderum scrutatur etiam cogniturus: aut quam cognitas tenet ignorans ipse quam ingreditur ad salutem: ac infirmitatem suam. Qui vero iamzeuigilavit in deum spiritus sancti calore excitatus atque in eius amore coram se viluit: ad eumque intrare volens nec valens: eoque sibi lucere attendit in se: inuenitque se: suamque egritudinem illius mundicie preperari non posse cognovit: flere

Liber

dulce habet eūq; deprecari: vt etiā atq; etiā miserari: donec exuat torā miserā: et precari cū fiducia. Itaq; accepto grūto pignore salutis per vnicū saluatorē hoīs et illūinatorē hūc ita agere et dolentē: scia nō inflat: quia charitas edificat: p̄posuit em̄ sciētā sciētie: p̄posuit scire infirmitatē suā magisq; scire mūdi menia: fundamēta terrarū et fastigia celozū: et hanc apponēdo sciētiaz: apposuit dolorē. Dolorē peregrinatiōis sue ex desiderio patrie sue: et cōditoris ei⁹ beati dei sui. In hoc genere hominū: in familia xp̄i tui dñe de⁹ meus: si inter paupes tuos gemo: da mihi de pane tuo respōdere homib⁹: q̄ nō esuriūt et sitiūt iusticiā sed satiati sunt et abundāt. Satiavit aut̄ illos phantasma eoz nō veritas tua: quā repellendo resiliūt: et in suā vanitatē cadūt. Ego certe sentio quā multa figmēta pariat cor humanū. Et quid est cor meū: nisi cor hūanū. Sed hoc oro deū cordis mei: vt nihil ex eis figmētis p̄ solido vero eructem in has lras: sed inde veniat in eas q̄cqd p̄ me venire potuerit. **U**bi mihi quis p̄iecto a facie oculoꝝ suozum et de lōginquo redire conātī: p̄ viā quaz strauit hūanitati diuinitas vnigeniti sui aua veritatis eius aspgitur. Quā intantū licet mutabilis haurio: inquātuz in ea nihil mutabile video: nec locis et t̄pib⁹ sicut corpa: nec solis t̄pibus et q̄si locis: sicut spiritū n̄ oꝝ cogitatiōes: nec solis t̄pibus: et nulla v̄l imagine lozorū: sicut quedā n̄ arū mentiū ratiocinatiōes. **D**imino em̄ dei essentia q̄ est: nihil mutabile habet: nec in eternitate: nec in veritate nec in volūtate: qz eterna ibi est v̄itas: et eterna charitas: et vera ibi est charitas: vera eternitas: et cara ibi est eternitas: cara veritas.

De gratia dei qua sibi humanū genus reconciliat vt quod perierat saluetur.

La. I

Sed quoniam exulauim⁹ ab incommutabili gaudio: nec tū inde p̄cisi atq; abrupti sumus: vt nō etiā in istis mutabilib⁹ et t̄pib⁹ eternitate: veritate: beatitudinem: q̄reremus. **H**ec mori em̄ nec falli: nec perturbari volumus: missa sunt nobis diuinitus visa cōgrua peregrinatiōi n̄re: quib⁹ admoneremur nō hic esse qd̄ querim⁹: sed illuc ad ipa esse redeūdum: vnde nisi penderem⁹ hic ea non quereremus. At primum nobis p̄suadendū fuit: quantum nos diligeret deus: ne desperatiōe nō auderem⁹ erigi in eū. Quia

les aut̄ dilexerit: osidi optebat: ne tāq; demeritis nostris supbiētes: magis ab eorefiliremus: et in nostra fortitudine magis deficere mus: ac p̄ hoc egit nobiscū vt p̄ eius fortitudinem potius p̄ficeremus: atq; ita infirmitate humilitatis p̄ficeretur v̄tus charitatis. **H**oc significabat in psalmo vbi ait: **P**luuiā voluntariā segregans deus hereditati sue: et infirmata ē: tu vero p̄fecisti eā. **P**luuiā q̄ppe voluntariā nō nisi gr̄am vult intelligi: nō meritis reddita: s̄ gratis datā: v̄l et gr̄a noiā. **D**edit em̄ eā nō qz digni eram⁹: s̄ qz voluit: h̄ cognoscētes: nō fidētes in nobis erim⁹: et h̄ ē infirmari. **I**p̄e x̄o p̄ficit nos: q̄ etiā **P**aulo ap̄lo dixit: Sufficit tibi gr̄a mea: nā v̄tus in infirmitate p̄ficit: p̄suadendū gerat hoī q̄tū nos dilexerit deus: et q̄les dilexerit. **Q**uātū: ne desperarem⁹: q̄les ne supbirem⁹. **H**ūc locū ap̄ls p̄ necessariū: sic explicat. **L**ōmendat aut̄ in q̄t suā charitatē de⁹ in nobis: qm̄ cū adhuc peccatores eēim⁹: christ⁹ p̄ nobis mortu⁹ ē: multo magis iustificati nūc in sanguine ipsius: salui erim⁹ ab ira ip̄m. **S**i em̄ cū inimici essemus recōciliati sum⁹ deo p̄ mortē filij ei⁹: multo magis recōciliati salui erim⁹ in vita ipsi⁹. **I**tem alio loco. **Q**uid ḡ in q̄t dicem⁹ ad hec: **S**i de⁹ p̄ nobis: q̄s cōtra nos: q̄ pp̄rio filio nō pep̄cit s̄ p̄ nobis oib⁹ tradidit illū: **Q**uō nō et cū illo nobis oia donauit: **Q**uātū factū nob̄ annūciatur: h̄ futurū oñdebat et antiq̄s iustis: vt per eandē fidē etiā ip̄i hūiliati ifirmarent: et infirmati p̄ficerent. **Q**uia igit̄ vnū x̄bū dei ē: p̄ qd̄ facta sūt oia: qd̄ ē cōmutabilis v̄itas: vbi p̄ncipalit̄ atq; in cōmutabilib⁹ sunt oia simul: non solū q̄ nūc sūt in hac vniūsa creatura: verū etiā q̄ fuerūt: et q̄ futura sūt: ibi aut̄ nec fuerūt: nec futura sūt: s̄ t̄m̄ nō sūt: et oia vita sūt: et oia vnū sūt: et magis vnū ē: et vna vita ē. **S**ic em̄ oia p̄ ip̄m facta sunt: vt q̄cqd̄ factū ē in his: in illo vita sit: et facta nō sit: qz in p̄ncipio non factū ē x̄bū: s̄ erat x̄bū ap̄ deū: et de⁹ erat x̄bū: et oia p̄ ip̄m facta sūt. **H**ec p̄ ip̄m oia facta eēt nisi ip̄m eēt an̄ oia: factūq; nō eēt. **I**n his aut̄ q̄ p̄ ip̄m facta sunt: etiā corpa qd̄ vita nō ē per ip̄m nō fieret: nisi in illo ante q̄ fieret vita eēt. **Q**d̄ ei sc̄m̄ ē: iā i illo vita erat: et nō q̄liscūq; vita. **H**ā et aia vita ē corpis: s̄ h̄ facta ē: qz mutabilis ē: et p̄ qd̄ facta ē: nisi p̄ dei x̄bū in cōmutabile: **D**ia em̄ p̄ ip̄m facta sūt: et sine ip̄o sc̄m̄ ē nihil: qd̄ ḡ factū ē: iā in illo vita erat: et nō q̄liscūq; vita: s̄ vita erat lux hoīm: lux itaq; rationalium mentiū: per quas hoīs a pecoribus differūt: et ideo sunt hoīs. **N**on ḡ lux corpora: que lux ē carniū: siue de celo fulgeat

Ps. 67

2. Cor. 12

Roma. 5

Ibidē. 8

Iob. 1

Ibidē

Ibidē

1. Cor. 8

Mat. 5

Quartus

siue terrenis ignib⁹ accendat: nec hūanarū tantū carnū: sed etiā beluinarū: et vsq³ ad minutissimos quosq³ xmiculos. Omnia em̄ hec Act. 17 vident istā lucē: at illa vita lux hoīm erat: nec lōge posita ab vnoq³ nfm̄. In illa em̄ viuim⁹ et mouemur et sum⁹. S; lux in tenebris lucet et tenebre eā nō cōprehēderūt.

De incarnatione xbi vt participes ei⁹ esse possimus. **Laplm. II**

Cenebre autē sunt stulte mētes hoīm: praua cupiditate atq³ infidelitate ceitate. Has vt curaret atq³ sanaret verbū: p qd̄ facta sunt oīa: caro factū ē: et habitauit i nobis. Illuminatio q̄ppe nra picipatō xbi dei est: illi⁹ scz vte q̄ lux ē hoīm. Huic autē picipationi p̄iosus inhabiles et min⁹ idonei eram⁹: ppter imundiciā pctōr. Abū dādi ergo eram⁹. Porro iniquoz et supboz vna mūdatio ē sanguis iusti: et humilitas dei: vt ad cōtemplandū deū qd̄ natura nō sum⁹: p eū mūdaremur: factū qd̄ natura sum⁹: et qd̄ pctō si sum⁹. De⁹ em̄ natura nō sumus: hoies natura sum⁹: iusti pctō nō sum⁹. De⁹ itaq³ factus hō iustus: intercessit deo p hoie pctōre. Non em̄ cōgruit pctōr iusto: s; cōgruit homini hō. Adiungens q̄ nob̄ similitudinē hūanitatē sue: abstulit dissimilitudinē iniquitatē nre. Et factus p̄iceps mortalitatis nre: fecit nos p̄icipes diuinitatis sue. Ab̄erito q̄ppe mors pctōris veniēs ex dānatiōis necessitate: soluta est p mortē iusti venientē ex misericordie volūta: te: dū simplū ei⁹ pgruit duplo nro. Hec em̄ cōgruetia: siue pueniētia: vel cōcinnātia: vt cōsonātia: vel si cōmodi⁹ dicat: qd̄ ē vnū ad duo in om̄i cōpaginatiōe: vel si meli⁹ d̄r coaptatiōe creature: valet plurimū hāc em̄ coaptatiōnē: sic mihi nūc occurrit dicere voluit: quā greci harmoniā vocāt. Itaq³ nūc loc⁹ est: vt ostendā q̄tū valeat cōsonantia simpli ad duplū: que maxia in nob̄ reperit: vt sit nobis insita naturaliter: a quo vtiq³ nisi ab eo q̄ nos creauit: vt nec imperiti possint eā nō sentire siue ipi cātantes: siue alios audientes: p hāc q̄ppe voces acutiores grauiorēsq³ p̄cordāt: ita vt q̄squis ab ea dissonuerit: nō sciam (cuius expertes sūt plūmi) si ipm̄ sensū audit⁹ nostri vehemēter offendat. Sed hoc vt demōstret: longo finē op⁹ ē: ipis autē aurib⁹ exhiberi pōt ab eo q̄ nouit i reglari monochordo

De simplo saluatoris nri qd̄ ad duplū nostrū cōcurrit et cōgruit. **La. III**

Verū qd̄ instat imp̄sentiarū quantum donat deus: edisserēdū ē: quē ad modum simplū dñi et saluatoris nri ic

su xpi: duplo nostro cōgruat et quodāmo cōcinat ad salutē. Nos certe (qd̄ nemo christianus ambigit) et anima et corpe mortui sum⁹: aīa ppter pctm̄: corpe ppter penam pcti: ac p hoc et corpe ppter pctm̄. Vtriq³ autē rei nō stre. id ē et aīe et corpe: medicina et resurrectione opus erat: vt in melius renouaret: qd̄ erat in deterius cōmutatū. Ab̄ors autē anie impietas est: et mors corplis corruptibilitas: p quā fit et aīa a corpe abscissus. Sicut enim aīa deo deserēte: sic corpus aīa deserēte: moritur: vñ illa fit insipiens: hoc exanime. Resuscitat em̄ aīa p p̄ntiam: et i corpe adhuc mortali renouatio vite inchoat a fide: qua creditur in eū qui iustificat impiū: bonifq³ morib⁹ auget et roborat de die in diē: cuz magis magisq³ renouat interior homo. Corpus xō tāquā hō exterior: quāto ē hec vita diuturnior tanto magis magisq³ corrumpit: vel etate: vel morbo: vel varijs afflictionib⁹: donec veniat ad vltimā q̄ ab hoibus mors vocat. Et autē resurrectio differē in finē: cū et ipa iustificatio nostra perficiet ineffabiliter. Tūc enī similes ei erim⁹: qñ videbim⁹ eū sicuti ē. Hūc vero q̄diu corpus qd̄ corrupit aggrauat animam: et vita humana sup terrā tota temptatio est: non iustificabit in p̄spectu eius om̄is viuēs: incōpatione iusticie qua equabimur angelis: et glorie que reuelabit in nob̄. De morte autē anie a morte corpeis distinguenda: quid plura documenta cōmemorē: cū domin⁹ in vna sentētia euāgelica vtrāq³ mortē cuius facile discernendā posuerit: vbi ait. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Sepe licdū quippe corpe mortuū erat: sepulchros autē eius p infidelitatis impietatē in aīa mortuos intelligi voluit quales excitant cū dicat. Surge qui dormis et exurge a mortuis: et illuminabit te xps. Detestat autē quandā mortē aplūs dicēs de vidua: Que autem in delictis agit viuēs mortua ē. Anima igif iam pia que fuit impia: ppter iusticiā fidei dicat ex morte reuixisse atq³ viuere. Corpus autē non tantū moriturū ppter anie abscissum qui fururus est: sed ppter infirmitatē tantū carnis et sanguinis: quodā loco in scripturis etiā mortuū dicit loquēte apostolo. Corpus quidē inquit mortuum est ppter peccatū: spiritus autē viuita est ppter iusticiā: hec vita ex fide facta est: qñ iustus ex fide viuuit. Sed quid sequitur. Si autē spūs eius qui suscitauit iesum a mortuis habitat in vobis: qui suscitauit christuz iesum a mortuis: viuificabit et mortalia corpe vestra: p inhabitantē spm̄ eius i vobis.

1. Job. 3
Sap. 9
Job. 7
Ps. 142

Abat. 8

Ephe. 5

1. Th. 5

Rom. 8

Abac. 2

Rom. 8

Libe

Huic ergo duple morti nse: saluator impendit simplā suā: et ad faciendā vtrāq; resuscitationē nse: in sacramēto et exemplo p̄posuit et p̄posuit vnā suā. Itēq; n̄ fuit pctō: aut impius vt ei tanq; spū mortuo in interiore hoīe renouari opus eēt: et tanq; resuscitō ad vitā iusticie reuocari: sed indur^o carne mortali et sola moriēs: sola resurgens ea sola nob̄ ad vtrūq; p̄cinuit: cuz in ea fieret interioris hoīis sacramētū: exterioris exēplū. Interioris em̄ hoīis n̄i sacramētō data ē illa vox: p̄tinens ad mortē aīe nse significādā: nō solū in

Ps. 21 psalmo: v̄x etiā in cruce. Deus me^o de^o meus vt qd me dereliquisti: Lūi voci congruit

Rom. 6 apls dicēs: Scientes qz vetus hō n̄ s̄ crucifixus est cū illo: vt euacuet^o corp^o peccati: vt vltra non seruiam^o pctō. Crucifixio q̄ppe interioris hoīis penitētie dolores intelligūtur: et p̄tinētie quidā salubris cruciatus: p̄ quam mortē mors impietatis p̄mit^o: in qua nos nō dereliquit deus. Et ideo p̄ talē crucē euacuatur corp^o peccati: vt iā nō exhibeam^o mēbra n̄ra arma iniquitatis pctō: qz et interior homo si vtiq; renouat^o d̄ die in die: p̄fecto vt^o ē asq; renouet^o. Intus nanq; agit: qd idē apls dicit: Eruite vos veterē hoīem: et induite nouū. Qd ita cōsequēter exponit: Quia p̄pter deponētēs mēdaciū: loq̄mini veritatē. Vbi autē deponit mēdaciū: nisi intus vt inhabitet in mōte sancto dei: qui loquit^o veritatē in corde suo. Resurrectio v̄o corpis d̄ni: ad sacramētū interioris resurrectionis nse p̄tinere ostēdit: vbi postq; r̄surrexit ait m̄st̄ri: Nolite me tangere: nō dū em̄ ascendi ad p̄fem meum. Lūi mysterio p̄gruit apls dicēs: Si autē r̄surrexistis cū xp̄o: que sursum sunt querite vbi xp̄s est ad dexterā dei sedēs. Que sursum sunt sapite: hoc est em̄ xp̄m non tangere: nisi cum ascenderit ad p̄fem: nō de xp̄o s̄ape carnaliter. Jam v̄o ad exēplū mortis exterioris hoīis n̄i d̄nice carnis mors p̄tinet: qz p̄ talez passionē maxime hortat^o ē suos suos: vt nō timeāt eos qui corp^o occidūt: aiām autē nō possunt occidere. Propter qd dicit apls: vt suppleā q̄ defunt p̄ssuraz xp̄i in carne meā. Et ad exēplū resurrectionis exterioris hoīis n̄i p̄tinere inuenit r̄surrectio corpis d̄ni: qui ad discipulos ait: Palpate et videte: qz spūs carnē et ossa non habet: sicut me videtis h̄re. Et vnus ex discipulis etiā cicatrices eius cōtreans: exclamauit dicens: Dñs me^o et deus meus. Et cū illius carnis tota integritas apperet: demonstratū est in ea q̄ suos exhortas dixerat: Capillus capitis v̄i nō peribit.

Ibidē tur corp^o peccati: vt iā nō exhibeam^o mēbra n̄ra arma iniquitatis pctō: qz et interior homo si vtiq; renouat^o d̄ die in die: p̄fecto vt^o ē asq; renouet^o. Intus nanq; agit: qd idē apls dicit: Eruite vos veterē hoīem: et induite nouū. Qd ita cōsequēter exponit: Quia p̄pter deponētēs mēdaciū: loq̄mini veritatē. Vbi autē deponit mēdaciū: nisi intus vt inhabitet in mōte sancto dei: qui loquit^o veritatē in corde suo. Resurrectio v̄o corpis d̄ni: ad sacramētū interioris resurrectionis nse p̄tinere ostēdit: vbi postq; r̄surrexit ait m̄st̄ri: Nolite me tangere: nō dū em̄ ascendi ad p̄fem meum. Lūi mysterio p̄gruit apls dicēs: Si autē r̄surrexistis cū xp̄o: que sursum sunt querite vbi xp̄s est ad dexterā dei sedēs. Que sursum sunt sapite: hoc est em̄ xp̄m non tangere: nisi cum ascenderit ad p̄fem: nō de xp̄o s̄ape carnaliter. Jam v̄o ad exēplū mortis exterioris hoīis n̄i d̄nice carnis mors p̄tinet: qz p̄ talez passionē maxime hortat^o ē suos suos: vt nō timeāt eos qui corp^o occidūt: aiām autē nō possunt occidere. Propter qd dicit apls: vt suppleā q̄ defunt p̄ssuraz xp̄i in carne meā. Et ad exēplū resurrectionis exterioris hoīis n̄i p̄tinere inuenit r̄surrectio corpis d̄ni: qui ad discipulos ait: Palpate et videte: qz spūs carnē et ossa non habet: sicut me videtis h̄re. Et vnus ex discipulis etiā cicatrices eius cōtreans: exclamauit dicens: Dñs me^o et deus meus. Et cū illius carnis tota integritas apperet: demonstratū est in ea q̄ suos exhortas dixerat: Capillus capitis v̄i nō peribit.

Ephē. 4 Ibidē

Ps. 14

Joh. 20 Nolite me tangere: nō dū em̄ ascendi ad p̄fem meum. Lūi mysterio p̄gruit apls dicēs: Si autē r̄surrexistis cū xp̄o: que sursum sunt querite vbi xp̄s est ad dexterā dei sedēs. Que sursum sunt sapite: hoc est em̄ xp̄m non tangere: nisi cum ascenderit ad p̄fem: nō de xp̄o s̄ape carnaliter. Jam v̄o ad exēplū mortis exterioris hoīis n̄i d̄nice carnis mors p̄tinet: qz p̄ talez passionē maxime hortat^o ē suos suos: vt nō timeāt eos qui corp^o occidūt: aiām autē nō possunt occidere. Propter qd dicit apls: vt suppleā q̄ defunt p̄ssuraz xp̄i in carne meā. Et ad exēplū resurrectionis exterioris hoīis n̄i p̄tinere inuenit r̄surrectio corpis d̄ni: qui ad discipulos ait: Palpate et videte: qz spūs carnē et ossa non habet: sicut me videtis h̄re. Et vnus ex discipulis etiā cicatrices eius cōtreans: exclamauit dicens: Dñs me^o et deus meus. Et cū illius carnis tota integritas apperet: demonstratū est in ea q̄ suos exhortas dixerat: Capillus capitis v̄i nō peribit.

Mat. 10

Colo. 1 Et ad exēplū resurrectionis exterioris hoīis n̄i p̄tinere inuenit r̄surrectio corpis d̄ni: qui ad discipulos ait: Palpate et videte: qz spūs carnē et ossa non habet: sicut me videtis h̄re. Et vnus ex discipulis etiā cicatrices eius cōtreans: exclamauit dicens: Dñs me^o et deus meus. Et cū illius carnis tota integritas apperet: demonstratū est in ea q̄ suos exhortas dixerat: Capillus capitis v̄i nō peribit.

Luc. 24

Joh. 20

Luc. 1 **Joh. 10**

Uti em̄ p̄mo: nolite me tangere: nō dū em̄ ascendi ad p̄fem meū. et v̄i anteq; ascēdat ad p̄fem a discipulis tangit: nisi qz illic insinuabat interioris hoīis sacramētū: hic p̄bebat exterioris exēplū. An forte quisq; ita ē absurdus atq; auersus a vero: vt audeat dicere a v̄ris euz tactū anteq; ascenderet: a mulierib^o autē cū ascendisset. Propter h̄ exēplū future nse resurrectionis in corpore qd p̄cessit in domino: dicit apls: Initiū xp̄s: deinde q̄ sunt xp̄i. De corpore em̄ resurrectione illo loco agebat: p̄pter quā etiā dicit: Trāfigurauit corp^o humilitatis nse: confor: me corpore sue gl̄ie. Vna ergo mors n̄i saluatoris: duab^o mortib^o nostris: saluti fuit. Et vna eius resurrectione: duabus nobis resurrectiones p̄stitit: cū corp^o ei^o in vtrāq; re: id ē et in morte et in resurrectione et sacramento interioris hoīis n̄i: et exēplo exterioris medicinali quadā cōuenientia ministratum est.

1. Cor. 15

Phil. 3

De rōne simpli ad duplū p̄ ternarium numerū atq; senariū. La. III

Hec autē ratio simpli ad duplū orit^o qz dem a ternario numero. Vnū quippe ad duo: tria sunt. Sed h̄ totū qd dicit ad senariū puenit. Vnū em̄ et duo et tria sex sūt. Qui nūer^o p̄pterea p̄fect^o dicit^o: qz a p̄ribus suis cōplet^o. Habet em̄ illas tres: sextā: tertiā: dimidiā. Nec vlla ps̄ alia q̄ dia possit quota sit: inuenit in eo. Sexta gēl^o vnū ē: tertia duo: dimidiā tria. Vnum autē et duo et tria cōsumāt eundē senariū. Lūi p̄fectionē nobis sancta sc̄ptura cōmēdat in eomaximē qz deus sex dieb^o p̄fecit opa sua: et sexto die factus ē hō ad imaginē dei: et sexta etate generis humani: filius dei venit: et factus ē fili^o hominis: vt nos r̄formaret ad imaginē dei. Ea q̄ppe nūc etas agit: siue milleni āni singulis distribuant^o etatib^o: siue i diuinis l̄ris mediabiles atq; insignes quasi articulos tēporū vestigem^o: vt p̄ma etas inueniat^o ab adam vsq; ad noe: inde secūda vsq; ad abraam. Et deinceps sicut matheus euangelista distinxit: ab abraam vsq; ad dauid: a dauid vsq; ad transmigratōnē in babiloniam: atq; inde vsq; ad v̄ginis p̄tium. Que tres etates cōiuncte illis duabus: q̄ncq; faciūt. Proinde sextā inchoatū natiuitas d̄ni: q̄ nunc agit vsq; ad occultū t̄pis finē. Hunc senariū numerū quandam t̄pis gerere figurā: etiā in illa ratioe tripartite distributionis agnoscim^o: qua vnū t̄pis cōputamus añ legē: alterū sub lege: tertiū sub gr̄a. In quo t̄pe sacramētū renouatiōis acceptimus: vt in fine t̄pis etiā resurrectione carnis:

Gen. 1

Mat. 1

Quartus

Luci. 13
 omni ex pte renouari: ab vniuersa nō solum
 aie: verū etiā infirmitate corpis sanemur. Un
 intelligit illa mulier in typo ecclesie a dño sa
 nata & erecta: quā curauerat infirmitas alli
 gāte sathana. De talib⁹ em̄ occultis hostib⁹
 plāgit illa vox psalmi. Luruaueſt aiām meā.
 hec aut̄ mulier decē & octo ānos hēbat in in
 firmitate: qđ ē ter ſeni. Ahenſes aut̄ annozū
 decē & octo inueniunt̄ in nūero ſolidi qđdrati
 ſenarij: qđ est ſexies ſeni: & hoc ſexies. Juxta
 qđpe ē in eodē euāgelij loco: arbor quoq; illa
 ficulnea: cui⁹ miſerā ſterilitatē etiā terti⁹ an
 nus arguebat. Sz ita p̄ illa interceſſū ē: vt di
 mitteret̄ illo āno: vt ſi fructū ferret: bene: ſi nō
 aut̄: excideret̄. Nā & tres anni ad eandē trip
 ritā diſtributionē ptinēt: & mēſes triū annozū
 quadratū ſenariū faciunt: qđ est ſexies ſeni.
 Annus etiā vn⁹ ſi duodecim mēſes integri
 p̄ſiderent̄: quos triceni dies cōplent: talē qđ
 Pe mēſem veteres obſeruauerūt quē circui
 tus lunaris oſtēdit: ſenario numero pollet.
 Quot em̄ valēt ſex in p̄mo ordine nūcroz: qđ
 p̄ſtat ex vn̄is vt pueniat̄ ad decē: h̄ valent ſex
 ſaginta in ſcōdo ordine: qđ p̄ſtat ex denis vt p
 ueniat̄ ad centū. Sexagenari⁹ ḡ nūer⁹ diez
 ſexta pars āni ē. Proinde p̄ ſenariū p̄mi ver
 ſus multiplican̄ tanq; ſenari⁹ ſecūdi verſus
 et fiunt ſexies ſexaginta: trecēteni & ſexagin
 ta dies: qđ ſunt integri. xij. mēſes. Sz qm̄ ſicut
 mēſem circuit⁹ lune oſndit hoib⁹: ſic ann⁹ cir
 cuitu ſolis aiaduertur⁹ ē. Reſtat aut̄ qnq; di
 es & quadrās diei: vt ſol impleat curſum ſuū
 annūq; p̄cludat. Quattuor em̄ qđdrātes faci
 unt vnū diē: quē neceſſe ē interſcalari excur
 ſo qđdriennio qđ biſextū vocant: ne tpm̄ ordo
 turbeſt. Etiā ipſos dies qnq; & qđdrantē ſi cōſi
 derem⁹: ſenari⁹ nūerus in eis plurimū valet
 p̄mū: qz ſicut fieri ſolet vt a pte totū cōpu
 tet̄: nō ſunt iā dies qnq; ſp̄ poti⁹ ſex: vt qđdrās
 ille accipiat̄ p̄ die. Deinde qz in ipſis qnq; die
 bus ſexta ps mēſis eſt: ipe aut̄ qđdrās ſex ho
 ras habet. Tot⁹ em̄ dies: id eſt cū ſua nocte
 viginti quattuor: hore ſunt: quaz ps quarta:
 que ē quadrās diei ſex hore inueniunt̄: ita in
 anni curſu ſenari⁹ numer⁹ plurimū valet.

De quadrageſimo ſexto anno dñi cōpo
 ris.

Laplin V

Joh. 3

N Ecimerito in edificatiōe corpis dñi
 ci: in cui⁹ figura templū a iudeis de
 ſtructū triduoſe reſuſcitatur⁹ eſſe di
 cebat: nūer⁹ ipe ſenari⁹ p̄ āno poſit⁹ itelligit̄
 Diſerūt em̄ quadraginta & ſex annis edifica
 tū eſt templū: & quadrageſies ſexies ſeni: ſi
 unt ducenti ſeptuaginta ſex. Qui numerus

diez cōplet nouē mēſes & ſex dies: qđ tanq;
 decē mēſes parientib⁹ ſemis imputant̄: nō
 qz oēs ad ſextū diē poſt nonū mēſez pueni
 unt: ſed qz ipa pfectio corpis dñi: tot dieb⁹ ad
 ptum pducta cōperit̄: ſicut a maiorib⁹ tradi
 tū ſuſcipiēs eccleſie cuſtodit auctoritas. De
 tauro. n. kal. ap̄ illis: cōcept⁹ credi: quo & paſ
 ſus. Ita monumēto nouo quo ſepult⁹ ē: vbi
 null⁹ erat mortuoz poſit⁹ nec añ nec poſtea
 cōgruit vterus virginis quo pceptus eſt vbi
 nullus ſeminat⁹ eſt mortuū. Matus aut̄ tra
 dit̄ octauo kal. ianuarias. Ab illo ḡ die vſq;
 ad iſtuz cōputati: ducenti ſeptuaginta et ſex
 reperiunt̄ dies: qđ ſenariū numez qđragies
 ſexies habet. Quo numero annoz templuz
 edificatū eſt: qz eo nūero ſenarioz corp⁹ dñi
 pfectū ē: qđ mortis paſſiōe deſtructū: triduo
 reſuſcitauit. Dicebat em̄ hoc de templo cor
 poris ſui: ſic euidentiffimo & robuſtiſſimo euā
 gelij teſtimonio declarat̄. quo ait. Sicut fuit
 ionas in ventre ceti tribus diebus & trib⁹ no
 ctibus: ſic erit & fili⁹ hois in corde terre trib⁹
 diebus & tribus noctibus

Luci. 23

Joh. 2

Ahar. 12

De triduo quo impleto dominus reſure
 xit.

Laplin Vi

I pſum aut̄ triduu: nō totū & plenuz
 fuiſſe ſcriptura teſtis ē: ſed p̄mus di
 es a pte extrema totus annumerat⁹
 eſt. Dies x̄o terti⁹ a pte p̄ma & ipe tot⁹. Ahe
 dius aut̄ inter eos: id ē ſecund⁹ dies absolute
 tot⁹ viginti quattuor horis ſuis: duodeci no
 cturnis: & duodecim diurnis. Crucifixus eſt
 em̄ primo iudeozum vocibus hora tertia: cuz
 eſſet dies ſexta ſabbati. Deinde in ipa cruce
 ſuſpēſus hora ſexta: & ſp̄m tradidit hora no
 na. Sepult⁹ eſt aut̄ cū iā ſero factū eēt: ſic ſe
 ſe habent verba euāgelij: qđ intelligit̄ in fine
 diei. Un̄ licet ḡ incipias: etiā ſi alia rō reddi
 pōt: quō nō ſit cōtra euāgelij ioh̄is: vt hora
 tertia ligno ſuſpenſus intelligat̄: totū diē p̄
 mū nō cōphendis. Ergo a pte extrema tot⁹
 cōputabit̄: ſicut terti⁹ a pte p̄ma. Hor em̄ vſq;
 qz ad diluculū: quo dñi reſurrectio declarata
 eſt: ad tertiū diē ptinet: qz de⁹ qđ dixit de tene
 bus lucē clareſcere vt p̄ grām noui testamen
 ti & p̄ticipationē reſurrectiōis xp̄i audirem⁹.
 Fuisti em̄ aliqui tenebre: nūc aut̄ lux in dño
 inſinuat nobis quodāmo qđ a nocte dies ſu
 mat initū. Sicut em̄ p̄mi dies p̄pter futuruz
 hois lapſum a luce in noctē: ita iſti p̄pter ho
 mis reparationē a tenebris ad lucem cōpu
 tant̄. Ab hora ḡ mortis vſq; ad diluculum re
 ſurrectiōis: hore ſunt quadraginta: vt & ipſa
 hora nona cōnumeret̄. Cui numero p̄gruit

Ahar. 15

Joh. 19

2. Cor. 4

Ephe. 5

Libero

etiā vita ei⁹ sup⁹ terrā: post resurrectionē i. xl dieb⁹. Et ē iste numer⁹ frequentissim⁹ i scripturis ad insinuandū mysteriū pfectionis in q⁹ driptito mō. hñt em̄ quandā pfectionē decē ⁊ ea q̄ter multiplicata faciunt q̄draginta. A vespe autē sepulture vsq; ad diluculū resurrectiōis. xxxvj. hore sunt: qui ē quadrat⁹ senariū. Refert autē ad illā rōnē simpli ad duplū vbi est copratōis maxima psonantia. Duo decim em̄ ad. xxiiij. simplō ad duplū pueniūt et fiunt. xxxvj. nor tota cū die toto ⁊ nocte tota: neq; h sine illo sacramēto qd supra memorauit. Ad absurde q̄ppe spm̄ diei cōpam⁹: corpus autē nocti. Dñicū em̄ corp⁹ in morte ac resurrectionē ⁊ spūs nri figurā: ⁊ corpis gerebat exēplū. Et nā sic ḡ apparet illa ratio simpli ad duplū i horis. xxxvj. cū. xij. pferūtur ad. xxiiij. Et horū quidē numerorū causas: cur in scripturis posite sint: pōt ali⁹ alias indagare: vel q̄bus iste q̄s ego reddidi pponende sint: vt eq̄ pbabiles: vel istis etiā pbabiliores: frustra tñ eos esse in scripturis positos: ⁊ nullas causas esse mysticas: cur illic isti nri cōmementi: nemo tā stult⁹ ineptusq; p̄derit. Ego autē quas reddidi vel ex ecclesie auctoritate a maiorib⁹ traditas: vel ex diuinā testimonio scripturarū: vel ex rōne numerorū similitudinūq; collegi. Cōtra rōnē nemo sobri⁹: cōtra scripturas nemo xpianus: p̄tra ecclesiā nemo pacificus senserit.

De signis ⁊ pfigurationib⁹ que aduentū domini p̄cesserunt. La. VII

Hoc sacramentū: hoc sacrificiū: h sacerdos: hic deus: ante q̄ missus venit: fact⁹ ex femina: oīa que sacrata atq; mystice p̄rib⁹ nris p euāgelica miracula apparuerūt: siue q̄ p ipos facta sunt: similitudines hui⁹ fuerūt: vt oīs creatura factis quodam mō loqueret vnū futurū in quo eēt salus vniuersorū a morte sparādoz. Quia em̄ ab vno vero deo ⁊ sūmo p impietatis iniquitate resiliētes ⁊ dissonātes deflexeram⁹ ⁊ euaueram⁹ in multa discissi p multa: ⁊ inherentes i multis: optebat nutu ⁊ impio dei miserantis: vt ipa multa venturū cōclamarēt vnū: et a multis cōclamar⁹ veniret vnus: ⁊ multa ptestarent⁹ venisse vnū: ⁊ a multis exonerati veniremus ad vnū: ⁊ multis pctis in aīa mortui: et ppter pctm̄ in carne morituri: amarem⁹ sine pctō mortuū in carne p nobis vnū: et in resuscitatū credentes: ⁊ cū illo p fide ⁊ spiritu resurgētes: iustificarem⁹ in vno iusto facti vnū: nec in ipa carne nos resurrecturos desperarem⁹: cū multa mēbzā intueremur p̄-

cessisse caput vnū: in quo nūc p fide mūdati: et tūc p spm̄ reintegrati: ⁊ p mediatorē deo recōciliati herream⁹ vni: fruamur vno: per maneam⁹ vnū.

De filio dei q̄ ⁊ in forma dei ⁊ i forma serui vna psona ē xp̄i. La. VIII

Scipe fili⁹ dei: verbū dei: ⁊ ideo ipse mediator dei ⁊ hoim filius hois: eq̄lis patri p diuinitatis vnitatē: ⁊ p̄iceps nri p hūanitatis susceptionē: p̄mitter pellans p nobis: p id qd hō erat: nec tñ tacet quod de⁹ cū pfe vnū erat: inter cetera ita loquit⁹. Nō p his autē rogo inqt tñ: sed et p eis qui credituri sunt p verbū eoz in me: vt omnes vnū sint: sicut tu p̄ in me: ⁊ ego in te: vt et ipi in nobis vnū sint: vt mund⁹ credat: qz tu me misisti. Et ego claritatē: quā dedisti mihi: dedi eis: vt sint vnū: sic ⁊ nos vnū sumus.

De vnitare ecclesie in deo p geminā dilectionē: cui formam p̄bent vnitatis p̄ris ⁊ filij ⁊ spūs sancti. La. IX

Qui dicit: ego ⁊ ipi vnus: quis p id qd ecclie caput ē: ⁊ corp⁹ ei⁹ ecclesia posset dicere: ego ⁊ ipi nō vnus sed vnus: qz caput ⁊ corp⁹ vnus ē xp̄s: s̄ diuinitatē suā p̄subalē patri oīdendū hoc ait: p̄p qd ⁊ alio loco dicit. Ego ⁊ p̄ vnū sum⁹: in suo genere: hoc ē in eiusdem nature cōsubali parilitate: vult eē suos vnū. S̄ in ipō qz in seipis nō possent: dissociati ab inuicē p diuersas voluptates ⁊ cupiditates: ⁊ in mundiciā pctōzū: vnde mundant⁹ p mediatorē: vt sint i illo vnū. Nō tñ p eandē naturā qua hoies ex hoibus mortalib⁹ equales angelis sūt: sed etiā p eandē caritatē in eandē beatitudinē cōspirantes cōcordissima voluntate in vnū spm̄: quodā mō igne caritatis conflata. Ad hoc em̄ valet qd ait. Et sint vnū: sicut ⁊ nos vnū sum⁹: vt quē ad modū p̄ ⁊ filius: nō tñ equalitate substantie: s̄ etiā voluntate vnū sūt. Ita ⁊ hi: inter quos ⁊ deū: mediator ē filius: nō tñ p id quod eiusdē nature sunt: s̄ etiā p eandē dilectionis societate vnū sint. De i de idipm̄ q̄ mediator est: p quē recōciliamur deo: sic indicat Ego inqt in eis: ⁊ tu in me: vt sint p̄summati in vnum.

De mediatore ad mortē diabolo: ⁊ mediatore ad vitā iesu christo. La. X

Hec est vera pax: ⁊ cuz creatore nro nobis firma cōnexio: purgatis ⁊ recōciliatis p mediatorē vite: sic maculati ⁊ alienati ab eo recesseram⁹ p mediatore: ē mortis Sicut em̄ diabolus sup⁹ hoim

Quartus

supbientē pduxit ad mortē. Ita xps humilis hoīem obedientē reduxit ad vitam. Quia si cut ille elatus cecidit et deiecit p̄sentientē: sic iste hūiliat̄ surrexit et erexit credentē. Quia em̄ nō puenierat diabolus quo ipse pduxera (mortē q̄ppe spūs in impietate gestabat) sed mortē carnis nō subierat: qz nec indumentū suscep̄erat: magn⁹ homī videbat̄ p̄nceps i le gionib⁹ demonū: p quas fallaciaꝝ regnū ex ercet: sic hoīem p elatiōis ty pū: potētie q̄ iu sticie cupidiorē: aut p fallam philosophiā ma gna inflans: aut p sacra sacrilega irretiēs: in quib⁹ etiā magice fallacie curiosiores supbi oresq; aīas dōceptas: illufasq; p̄cipitat: subdi tū tenēs: pollicēs etiā purgatiōnē anie: p eas quas theletas appellāt: trāfigurādo se in an gelū lucis p multiformē machinationē: in li

2. Cor. 11

gnis et pdigijs mendacijs.
De facilitate ludificationū quibus homi nes ab imundis spiritib⁹ fallunt. La XI
Acile ē em̄ spiritib⁹ neq̄ssimis: pae rea corpa facere multa: q̄ mirentur aīe terrenis corpb⁹ aggrauate: eti am melioris affect⁹. Si em̄ corpa ipa terrena nōnullis artib⁹ et exercitatiōib⁹ modificata: in spectaculis theatricis tāta miracula homi nib⁹ exhibēt: ut hi q̄ nūq; viderūt talia narra ta vit credāt: Quid magnū ē diabolo et ange lis ei⁹: de corp̄is elemētis: paerea corpa fa cere: q̄ caro miret̄: Aut etiā occultis inspira tōib⁹: ad illudēdos hūanos sel⁹: phāta smata imaginū machinari: q̄b⁹ vigiātes dormiētēf ve dōcipiat: vlt̄ furētēs exagitet: Sz sic fieri p̄t vt hō vita ac morib⁹ melior: spectet nequissi mos hoīes: vel in fune ābulātes: vel mltimo dis morib⁹ corpoz mltā incredibilia faciētes nec vllō mō facere talia p̄cupiscat: nec eos p prerea sibi p̄ponēdos existimet. Sica aīa fide lis et pia: non solū si videat: vey etiā si p̄p fra gilitatē carnis: exhorreat miracula demonū nō idō tñ: aut nō se posse talia dolebit: aut ob illos meliores eē iudicabit: cū sint p̄ferrim i societate sc̄toꝝ: q̄ p̄tutē dei: cui cūcta subie cta sunt et mime fallacia: et multo maiōra fe cerunt: siue homiēs: siue angeli boni.

De falsis et deceptorijs purificationibus. Caplm XII

In Equaq; igit̄ p sacre legas silitudies et impias curiositates et magicas cō secratiōes aīe purgāt et rēdōciliant̄ deo: qz falsus mediator: nō traicit ad supiora sp̄oti⁹ obsidēs intercludit viā p̄ affectus: q̄s tāto maligniores: q̄to supbiores siue societatis inspirat. Qui nō p̄it ad euolādū pennas

nuttire d̄tutū: sed poti⁹ ad demergendū pō dera exaggerare vitioꝝ: tāto graui⁹ aīa ruitura: q̄to sibi videt̄ euecra sublimius. Proin de sicut magi fecerunt diuinit⁹ moniti: q̄s ad hūilitatē dñi adorādā: stella pduxit. Ita et nos: nō qua venim⁹: s̄p aliā viā in patriā re dire debem⁹: quā rex hūilis docuit: et quā rex supbus hūili regi aduerfari⁹ obsidere nō pos sit. Et nobis em̄ vt adoremus hūilē xp̄m: celi enarrauerūt gl̄iam dei: cū in oēm terrā exiit son⁹ eoz: et in fines orbis terre verba eozum. Tū nobis fuit ad mortē p̄pctm̄ in adā. Per vñū q̄ppe hoīem p̄ctm̄ intrauit in hūc mūdū et p̄pctm̄ mors: et ita in oēs hoīes p̄trāsit: in q̄ oēs peccauerūt. Ihuī⁹ vie mediator diaboli fuit p̄suasor p̄cti: et p̄cipitator in mortē. Nam et ipse ad opandā duplā mortē nr̄am: simplaz attulit suā. Per impietatē nr̄aq; mortu⁹ est in spū: carne vtiq; mortu⁹ nō ē. Nobis aut̄ et im pietatē p̄suasit: et p̄pter hāc vt i mortē carnis venire mereremur: effecit. Tñū ḡapetiui mus iniqua suasiōe: altēz nos secuti ē iusta dānatiōe: p̄pterea q̄ppe sc̄ptū ē. De mortēz nō fecit: qz cā mortis ipse nō fuit: s̄ tñ p̄ci⁹ re tributionē iustissima mors irrogata ē p̄ctōri. Sicut supliciuꝝ iudex irrogat reo: cā tñ sup plicij nō ē iusticia iudicis: sed meritū criminis. Quo ḡnos mediator mortis: transmisit et ipse nō venit: i. ad mortē carnis: ibi nobis dñs de us nr̄ medicinā emēdatiōis inuenit: quā ille nō meruit: occulta et nimis arcana ordinatio ne diuine altēz iusticie. Ut ḡ sic p̄ vñū hoīez mors: ita p̄ vñū hoīem fieret r̄surrectio mor tuoz. Quia magi vitabant hoīes q̄ euitare nō poterāt mortē carnis: q̄ mortē spūs: i. ma gis penā: q̄ meritū pene: nā si peccare: aut n̄ curat: aut paz curat: non mori autē q̄ vis nō obtineat̄ vehemiter satagiē. Tūte mediator ofidens: q̄ nō sit mors timēda q̄ phūanā con ditionē iā euadi nō p̄t: s̄ poti⁹ impietas q̄ p̄ fi dē caueri p̄t: occurrit nobis ad finē quo ve nim⁹: s̄ nō qua venim⁹. Nos em̄ ad mortēz p̄ p̄ctm̄ venim⁹ ille p̄ iusticiā: et iō cū sit mors no stra pena peccati: mors illius facta est hostia p̄ o peccato.

Mat. 2

Ps. 8

Roma. 5

Sap. 1

Roma. 5

Mortē xpi nō fuisse necessitatis n̄fe: s̄ vo luntatis sue ac p̄tatis. La. XIII

Quapropter cū spūs corpi preponat̄ morsq; sit spūs a dō deserit: mors aut corp̄is a spū deserit: eaq; sit pena in morte corp̄is: vt spūs qz volēs deseruit deū: deserat corp⁹ inuitus: vt cū spūs deū deseruit erit qz voluit: deserat corp⁹ etiam si noluerit nec deserat cū voluerit nisi aliquā sibi vim q̄ ipm̄ corpus perimat̄ intulerit: demonstraue

Liber

spūs mediatoris: qz nulla pena pcti vsqz ad
mortē carnis ei⁹ accesserit: qz nō eā deseruit
inuitus: s̄ qz voluit: qm̄ voluit: quomō voluit
Quippe dei v̄bo ad vnitatē cōmixt⁹ ē homo.
Job. 10. Hinc ait. Prātem habeo ponēdi aiām meaz
et prātem habeo itez sumēdi eā. Nemo tol-
let eā a me: s̄ ego pono eam a me itez sumo
eā. Et hoc maxie mirati sūt: sicut euāgelium
loquit: q̄ p̄sentes erāt: cū post illā vocē: i qua
figurā pcti n̄i edidit: p̄tinuo tradidit spiritū
Longa em̄ morte cruciabant ligno suspensi.
Job. 19. Tū latronib⁹ v̄tia: mozerent: et deligno an
sabbatū deponerent: crura cōfracta sunt. Il-
le autē qz mortu⁹ inuentus est: miraculo fuit.
Hoc etiā pilatū legimus fuisse miratū: cū ab
ip̄o sepeliendū corpus dñi peteret. Ille itaqz
deceptor: q̄ fuit homi mediator ad mortē: fal-
soqz se opponit ad vitā: noie purgatiōis pla-
era et sacrificia sacrilega q̄bus supbi seducū-
tur: qz nec p̄ncipatōnē mortis n̄se h̄se potu-
it: nec resurrectionē suē: simplā qdē suā mor-
tē ad duplā n̄sam potuit afferre. Simplā ve-
ro resurrectionē in qua et sacramentū eēt re-
nouatiōis n̄se: et ei⁹ q̄ in fine futura ē euigila-
tiōis exemplū: nō v̄tia potuit. Ille p̄inde q̄
spū viuus carnē suā mortuā resuscitauit: ve-
rus vite mediator illū spū mortuū et mortis
mediatorē a spiritib⁹ in se credentium foras
misi: vt nō regnaret intrinsec⁹: s̄ forinsecus
opugnaret: nec tñ expugnaret. Cur se ipse
quocqz temptandū p̄buit: vt ad superandas
etiā temptatiōes ei⁹ mediator eēt: nō solū p̄
adiutoriū: v̄z etiā p̄ exemplū. Et ille p̄mi-
tus vbi p̄ oēs aditus ad interiora molēs irre-
pere: expulsus ē: post baptisma in heremo cō-
pleta om̄i temptatione illecebrōsa: qz viuum
spū: mortu⁹ spū nō inuasit: quoquo mō au-
dus mortis hūane cōuertit se ad faciendam
mortē: quaz potuit: et p̄missus ē in illud qd̄ ex
nobis mortale viu⁹ mediator acceperat. Et
vbi potuit aliqd̄ facere: ibi ex om̄i pte deuict⁹
est: et v̄si accepit exteri⁹ ptātem dñice carnis
occidende: inde interior ei⁹ ptās qua nos te-
nebat occisa ē. Factū ē em̄ vt vincula pctōrū
multoz: in multis mortib⁹ p̄ vni⁹ vnā mortē
quā pcti nullū p̄cesserat: soluerent. Quam
p̄pterea dñs p̄ nobis indebitaz reddidit: vt
nobis debita nō noceret. Neqz em̄ iure cuius
q̄s ptās erutus ē carne: s̄ ip̄e se exiit. Nam
qui posset nō mori si nollet: p̄culdubio qz vo-
luit mortuus ē: et ideo p̄ncipatus et ptātes ex-
poliauit: fiducialiter triūphās eas ī semetip-
so. Aborte sua q̄ppe vno verissimo sacrificio.
p̄ nobis oblato: qcquid culparū erat v̄si nos

p̄ncipat⁹ et ptātes ad lūda supplicia iure de-
tinebāt purgauit: aboleuit: extrinxit: et suare
surrectionē in nouā vitā nos p̄destinatos vo-
cauit: vocatos iustificauit: iustificatos glori-
ficauit. Ita diabolus hoīem quē p̄sensionē
seductū: tāqz iure integro possidebat: et ipse
nulla corruptiōe carnis et sanguinis septus:
p̄ istā corpis mortalis fragilitatē: nimis ege-
no et infirmo tanto sup̄ior: quāto velut diti-
or et fortior: quasi p̄noso et erumoso dñabit⁹
in morte carnis amisit. Quo em̄ cadentē nō
secut⁹ impulit pctōrē: illuc descendētē p̄se-
cut⁹ cōpulsit redemptorē. Sic in mortis p̄sor-
tio fili⁹ dei nobis fieri dignatus ē amīc⁹: quo
nō pueniendo meliorē senobis atqz maiorē
putabat inimicus. Dicit em̄ redemptor n̄s.
Ab aiōrē dilectionē nemo habet: qz vt animā
suā ponat p̄ amicis suis. Quocirca etiā ip̄so
dño se credebat diabolus sup̄ior: inquantū
illi dñs in passionib⁹ cessit: qz et de ip̄o intelle-
ctū est qd̄ in psalmo legit. Ab inuisti eū pau-
lomin⁹ ab angelis: vt ab iniquo velut equo
iure aduersum nos agēte: ip̄e occisus inno-
cens eū iure equissimo sup̄aret: atqz ita cap-
tiuitatē p̄p̄ pctm̄ factaz captiuaret: nosqz li-
beraret a captiuitate p̄pter pctm̄ iusta: suo
iusto sanguine iniuste suo: mortis chirogra-
phū delens et iustificandos redimēs pctōres
hinc etiā diabol⁹ ad hec suos illudit: qd̄ se p̄
sua sacra velut purgandis: et potius implicā-
dis atqz mergendis: saluus mediator oppo-
nit: qz sup̄bis facillime p̄suadet irridere atqz
cōtemnere mortē xp̄i: a qua ip̄e quāto ē alie-
nior: tanto ab eis credit⁹ sanctior: atqz diuini-
or. Qui tñ apud eū paucissimi remāserūt: ag-
noscentib⁹ gētib⁹: et pia hūilitate bibēribus:
p̄ciū suū: eiusqz fiducia deserētib⁹ hostē suū:
et p̄currentib⁹ ad redemptorē suū. Rescit n̄
diabol⁹ quō illo et insidiantē et surēte v̄tā ad
salutē fidelīū suoz excelsissima sapia dei: a fi-
ne sup̄iore qd̄ ē initiū spiritalis creature: vsqz
ad finē inferiorē: qd̄ est mors corpis: p̄tendēs
fortiter et disponēs oīa suauit. Attingit enim
vbiqz p̄pter suā mundiciā: et nihil inq̄natum
in eā incurrit. A morte autē carnis alieno dia-
bolo v̄nde nimīū sup̄bus incedit: mors alte-
rius generis p̄parat⁹ in eterno igne tartari: q̄
nō solū cū terrenis: sed etiā cū aereis corpi-
bus excruciarī spūs possunt. Sup̄bi autē ho-
mines q̄bus xp̄s (qz mortu⁹ ē) v̄liuit: vbi nos
tam maguo p̄cio emit et istā mortē reddūt cū
hoīb⁹ p̄ditioni erūnose nature: que trahitur
a p̄mo pctō: et in illā cū illo p̄cipitabunt. Quē
p̄pterea xp̄s p̄posuerunt: quia eos in istā de-

Roma. 9

Job. 15

Ps. 8

Colo. 2

Sap. 8

Zbidē. 7

Quartus

fecit: quo p distantē naturā ipse nō cecidit: et quo ppter eos p ingentē miscēdiā ille descēdit: et tñ se demonib⁹ esse meliores non dubitāt credere: eosq; maledictis oibus in sectari detestariq; nō cessant: quos certe alienos ab hui⁹ mortis passiōe nouerūt: ppter quaz xpm ptemnūt. Nec sic volūt p̄siderare quaz fieri potuerit: vt in se manēs: nec p̄cipim⁹ ex vlla pre mutabile dei verbū: p̄ inferioris tñ nature susceptiōe aliqd̄ inferius pati possz: qđ imūūduo demō (qz terrenū cor: p̄ nō habet) pati nō possit. Sz cū sint ip̄i demonib⁹ meliores: tñ qz carnē portāt: mori sic p̄it: quemadmodū demōes mori: qđ eā nō portāt: nō vtiq; p̄it. Et cū de ritib⁹ sacrificioꝝ suoz multū p̄sumāt: qđ se fallacib⁹ sup̄bisq; spiritib⁹ imolare nō sentiūt. Aut si tā sentiūt aliqd̄ sibi p̄des arbitrant̄ p̄fidoꝝ et inuidioꝝ amicitia: quoz rū intentionis nullū negociū est: nisi impeditio redit⁹ nr̄i: nō intelligūt ne ip̄os quidē sup̄bissimos spūs honorib⁹ sacrificioꝝ gaudere potuisse: nisi vni vero deo p̄ quo coli volunt: verū sacrificiū debere.

De sacrificio p̄fecto et x̄o qđ ip̄e p̄ nob̄ kaluator effectus est. La. XIII

N Ecq; id posse rite offerri: nisi p̄ faceretē sc̄m et iustū: nec nisi ab eis accipiā qđ offerit: p̄ quib⁹ offerit: atq; id sine vitio sit: vt p̄ vitiosis mundandis possit offerri. Hoc certe oēs cupiūt: qđ p̄ se offerri sacrificiū deo volūt. Quis ḡ tā iust⁹ et sc̄tū sacerdos: qđ vnūc⁹ fill⁹ dei nō qđ opus haberet p̄ sacrificiū sua purgare pctā: nec originalia: nec ex hūana vita qđ addunt? Et qđ tā p̄gruēter ab hoib⁹ sumeret qđ p̄ eis offerret: qđ humana caro? Et qđ tā aprū huic imolatiō: qđ caro mortalis? Et qđ tā mundū p̄ mūdādis vitijs mortaliū: qđ sine vlla cōtagiōe carnalis p̄cupiscētie: caro nata in vtero et ex vtero virginali? Et qđ tā q̄te offerri et suscipi possit: qđ caro sacrificij nr̄i: corꝝ effectū sacerdoti nr̄i. Ut qm̄ q̄tuor: p̄siderāt in om̄i sacrificio: cui offerat: a quo offerat: qđ offerat: p̄ quib⁹ offerat: idē ip̄e vnus verusq; mediator: p̄ sacrificiū pacis recōcilians nos deo: vnum cū illo maneret cui offerebat: vnū in se faceret: p̄ quibus offerebat: vn⁹ ip̄se esset qui offerebat: et quod offerebat.

De his qđ sibi purgationem de virtute propria pollicentur. La. XV

S Ultra aut quidā qđ se putāt ad p̄tēplā dū deū: et inherendū deo virtute p̄p̄a possit purgari: qđ ip̄a sup̄bia maxime

maculat. Nullū em̄ vitiiū ē cui maḡ diuina lege resistit: et in qđ maḡ accipiat dūandi ius ille sup̄bissim⁹ spūs: ad ima mediator: ad summa iterclusor: nisi occulte insidiās alia via deuiter: aut p̄ p̄lm̄ deficiēt: qđ interpretat̄ ama-lech: a pte seules: et ad terrā p̄missiōis repugnādo trāsitu negās: p̄ crucē dñi qđ moysi manib⁹ extēsis p̄figurata sup̄est. Hinc em̄ sibi purgationē isti virtute p̄pria pollicēt: qz nōnulli eoz potuerūt acie mētis vltra oēm creaturā transmittere: et lucē incōmutabilis veritatis q̄tulacūq; ex pte cōtingere: qđ xp̄ianos multos ex fide interim sola viuētes: nōdū potuisse deridēt. Sz qđ p̄dest sup̄biēt: et ob hoc erubescēt lignū p̄scēdere: de lōginquo p̄picere patriā trāsamarinā: Aut qđ obest humi-li de tāto interuallo nō eā videre: i illo ligno ad eā venient: a quo dedignat̄ ille portari.

Exo. 17

Sapiētes mūdi nec resurrectionis vitatez cognoscere: nec futuroꝝ ordinē scire potuisse: q̄uis et ip̄i vaticinia habere videantur.

Capitulum XVI

H etiam resurrectionē carnis nos credere rep̄bēdāt: sibiq; poti⁹ etiam de his reb⁹ credi volūt. Quasi vero qđ p̄cellam incōmutabileq; subam: p̄ illa qđ facta sunt intelligere potuerūt: p̄pterea de cōuersione rerū mutabiliū: aut de p̄tēto seculozū ordine p̄sulēdi sint. Itūquid em̄ qz verissime disputāt: et documētis certissimis p̄suadent: eternis rationib⁹ oia t̄palia fieri: p̄pterea potuerūt in ip̄is rationib⁹ p̄spicere: vel ex ip̄is colligere qđ sint aīaliū genera: qđ semia singuloz in exordijs: qđ mod⁹ i incremētis: qđ nūeri p̄ceptus: portus: petates: p̄ccasus: qđ motus in appetēdis qđ sc̄dm naturā sūt: fugiēdis qđ cōtrariis: Hōne ista oia: nō p̄ illā incōmutabile sapiam: p̄ p̄locoꝝ ac tempoꝝ historiaz quesierūt: et ab aliis ex p̄ta atq; p̄sc̄pta crediderūt. Quo min⁹ mirandū ē: nullo mō eos potuisse p̄tiorū seculoz seriem vestigare: et q̄ndaz metā hui⁹ excursus: qđ tanq; fluuii genus decurrit hūanū: atq; inde p̄uersionē ad suū cuiq; debitū terminū. Ista em̄ nec historiā scribere potuef̄t lōge futura et a nullo ex p̄ta atq; narrata: nec isti p̄bi ceteris meliores in illis lūmis eternisq; rationib⁹ intellectua lia p̄tēplati sunt. Alioq̄n nō eiūsdē generis p̄terita qđ potuerūt historice inq̄rerent: sed potius et futura p̄noscēt. Qđ qđ potuerūt: ab eis vates: a nr̄is p̄p̄he appellati sunt.

Roma. 1

Unde apud impios possint quedā futura p̄sciri. La. XVII

Liber

Quanquam et prophetarum nomen omnino alienum est a fide eorum. Sed plurimum interest: ut exprimerentur preteritorum futura communi-
 ane. Sicut medici multa providendo: etiam istis madauerunt: qui ipsi expra notauerunt. Sicut de-
 niq; agricole vel etiam nautae multa pronunciant. Talia enim si ex longis intervallis tempore fiant: di-
 uinationes putant. An vero iam ventura preces-
 rint: et longe visa venientia nuncient: pro acuto sensu videtur: quod cum faciunt aereae potestates divi-
 nare credunt. Talis si quis de motis terre ali-
 que longe videat venientem: et prime in cam-
 po habitantibus ante nunciet. An ab angelis san-
 ctis quibus ea deo per verbum: sapientiam suam indicat ubi et futura et preterita stant: vel quibusdam pronun-
 ciant hominibus: vel ab eis audita: rursus ad alios homines transmittant. An ipsorum hominum quorundam mentes instantium euehant spiritus sancto: ut non pange-
 los: sed ipsas futurorum instantes causas: in ip-
 sa summa rege arce respiciant. Audiunt enim ista et aereae potestates: siue angelis ea nunciantibus: siue hominibus: et tamen audiunt quantum opus est ille iudicat: cui subiecta sunt omnia. Multa etiam predicunt in-
 stinctu quodam impulsu spiritus nescientium: sicut ca-
 phas nesciuit quid dixerit: sed cum esset pontifex: propheta-
 uit. Ergo de successione seculorum: et de resur-
 rectione mortuorum: per hos necillos consulere de-
 bemus quod creatoris eternitatem (in quo vivimus mouemur et sumus) quantum potuerunt intellexerunt. Quia per ea quae facta sunt cognoscere deum: non sicut deum glorificauerunt: aut gratias egerunt: sed dicen-
 tes se esse sapientes: stulti facti sunt. Et cum ido-
 nei non essent: in eternitatem spiritualis incom-
 mutabilisque natura aciem mentis tam planter infigere ut in ipsa sapientia patris atque rectoris vniuersi-
 tatis viderent volumina seculorum: quae ibi iam essent et sp-
 ecies. Ibi autem futura essent: ut non essent: atque ut ibi viderent peruersiones in melius: si solus aiax: sed etiam corporum humanorum usque ad sui modi perfectiones. Cum ergo ad haec ibi videnda nullo modo essent idonei: ne ad illud quod digni habitus sunt: ut eis ista per sanctos angelos nunciarent: siue forinsecus per sensus corporis: siue interioribus: reuelat: omnibus in suis expressis: sicut per se nris vera pietate perditis: haec demonstrata sunt: quae ea predicantes: vel obprobriis signis: vel de proximis rebus ita ut predicarent: facti fide facientes: auctoritatem cui de longe futuris usque in seculi fine credere: habere meruerunt. Potestates autem aereae superbe atque fallaces: etiam si quaedam de societate et ciuitate sanctorum: et de vero mediatore a sanctis et prophetis: vel angelis audita per suos vates dixisse repiunt: id egerunt ut per haec aliena vera etiam fideles dei si possent ad sua falsa traducerent. De autem

per nescientes id egerit: ut veritas vnde resona-
 ret fidelibus in adiutorium: impleti testimonium.

De fide qua credimus temporaliter gesta: et veritate
 que reddet eterna. La. XVIII

Quamquam ad eterna capescenda idonei non eram: sordescere peccatorum nos pergrauabatur temporalium rerum amore contracte: et de perperam mortalitatis tanquam naturaliter molite: purgandi eram. Purgari autem ut prepareremur eternum: non nisi per temporalia possemus: quilibet iam pretempore tenebamur. Sanitas enim a morbo plurimum distat: sed medici curatio nisi morbo congruat: non produci sanitatem. Inutilia temporalia decipiunt egrotos: vtilia temporalia suscipiunt sanandos et traiciunt ad eterna sanatos. Mens autem rationalis sicut purgata contemplationem debet rebus eternis: sic purganda temporalibus fide. Dixit quaedam illorum quae quondam apostolos grecos sapientes habiti sunt. Quod ad id quod ortum est eternitas valet: tamen ad fidem veritas. Et profecto est vera sententia. Sed enim nos temporale dicimus: hoc ille quod ortum est appellauit. Ex quo genere etiam nos sumus: non tamen secundum corpus: sed etiam secundum animi mutabilitatem. Non enim proprie vocatur eternum quod aliqua ex parte mutatur. In quantum igitur mutabiles sumus: instantium ab eternitate distamus. Pro mittit autem nobis vita eterna per veritatem: a cuius perspicuitate rursus tantum distat fides nostra quantum ab eternitate mortalitas. Haec ergo adhibemus fidem rebus temporaliter gestis propter nos: et ipsam mudamur: ut cum ad spiritum venerimus: quae admodum succedit fidei veritas: ita mortalitati succedat eternitas. Quapropter quoniam si des nostra fiet veritas: cum ad id quod nobis credentibus promittitur: peruenimus. Promittitur autem nobis vita eterna: et dixit veritas: non quae fiet sicut futura est fides nostra: sed quae spiritus veritas: quae ibi est et eternitas. Dixit ergo veritas haec est autem vita eterna: ut cognoscatur te vnum verum deum: et quem misisti iesum christum. Luz fides nostra videndo fiet veritas: tunc mortalitatem nostram commutatam tenebit eternitas. Quod donec fiat: et ut fiat: quae ortus ac comodam quod de fide credulitatis: sicut in eternis speramus veritatem contemplationis: ne fidelis mortalis vite dissonaret a veritate eterne vite. Ipsi ipsa veritas per se coeterna de terra orta filii dei sic venit ut fieret filii hominis: et ipse in se excipet fidem nostram: qua nos produceret ad veritatem suam quae sic suscepit mortalitatem nostram: ut non amitteret eternitatem suam. Quantum enim ad id quod ortus est eternitas valet: tantum ad fidem veritas. Ita ergo nos purgari oportebat: ut ille nobis fieret ortus quae maneret eternus: ne alter nobis

Job 11
 Act 17
 Roma 1

Job 17
 Ps 84

Quartus

esset in fide: alter in veritate. Nec ab eo qz ortusum ad eterna trāstre possem: nisi eterno portū nrm nobis sociato: ad eternitatē ipsius traiceremur. Hūc itaqz illuc quodā mō secuta est fides nra quo ascendit in quē credim: ortus: mortu: resuscitat: assumpt: Hoz qz tuoz: duo priora noueram in nobis. Scim em homines z oriri z mori. Duo aut reliqua id est resuscitari z assumi: iuste in nobis futura speram qz in illo facta credidim. Itaqz i illo qz id qd ortū erat trāstī ad eternitatez transiturū ē z nrm: cū fides puenerit ad veritatē. Itā em credentibz vt in xbo fidei manerent: z inde ad veritatē: ac p h ad eternitate pducti a morte liberatē: ita loquit. Si māseritis in xbo meo: vere discipuli mei eritis.

3b.8 Et qsi qrerent: qz fructu: secut ait. Et cognoscetis veritatē. Hursus qsi dicerēt. Quid pdest mortalibz veritas? E veritas in qd liberabit vos. H: nisi a morte: a corruptione: a mutabilitate? Ueritas qpe imo: talis: incorrupta: incōmutabilitas pmanet. Uera autē immortalitas: vera incorruptibilitas: vera incōmutabilitas: ipa est eternitas

De missione filij dei qua in forma fui minor factus ē pfe: cuz in forma dei pfi pmaneret equalis. La. XIX

e Ecce ad qd missus ē filiū dei: imo xoece qd ē missus esse filiū dei: Quocunqz ppter faciendā fidē q munda remur ad contemplandā veritatē in rebz oris ab eternitate platis: z ad eternitatē relatis tpaliter gesta sunt: aut testimonia missionis huius fuerūt: aut ipa missio filij dei. Sed testimonia quedā venturū pnuiciauerūt: qdam venisse testata sunt. Factuz qpe creaturā p quē facta est ois creatura: oem creaturam testē habere optebar. Nisi em multis missis hdicaret vnus: nō multis dimissis teneret vnus. Et nisi talia eēnt testimonia q paruū magna esse viderent: nō crederet ille ira magnus: vt magnos faceret magnus: qz ad puos missus ē paruus. Incompabiliter em maiora filij dei facta sunt celū z terra: z oia q in eis sunt: qā oia p ipm facta sunt: qz signa z portēta que in eis testimoniū pruperūt. Sed tñ hoies vt h magna p eū facta paruū crederēt: illa paruū tanqz magna tremuerunt. Lū g venit plenitudo tps: misit deo filiū suū: factū ex muliere factū sub lege: vtz adco paruū vt factū: eo itaqz missus q factū. Si g maior mittit minore: fatemur z nos factū minore: z in tñ minore inquantū factū: z in tantū factuz in qstūm

missum. Misit em filiū suū factū ex muliere per quē tamē qz facta sunt oia: nō solū pūsqz ubi factus mitteret: sed pūsqz eēnt oia: eundem mittēti pfitemur equalē: quē dicimus missuz minorē. Quō g an istā plenitudinē tps: quacū in tti optebar: priusqz missus esset videri a patribz potuit: cum eis angelica euedā vlsademōstrarent: qn nec iā missus: sic equalē pfi videbat. Hū em dicit philippo: a quo vtiqz sicut a ceteris: z ab ipis a quibz crucifixus est in carne videbat. Tātō tpe vobiscū suz et nō cognouistis me. Philipe q me videt: v: Job. 14 det z psem: nisi qz videbat z nō videbat. Uidebat sic missus factus fuerat: nō videt at sic p eū omia facta erāt. Aut vū etiā illud dicit. Qui habet mādata mea z seruat ea: ipse ē q Job. 1 diliget me: z qui diligit me: diliget a pfe meo Job. 14 et ego diligā eū z manifestabo ei meipm. Lū esset manifestus an oculos hoim: nisi qz carnē qd verbū in plenitudine tps factū erat suscipiendā nfe fidei porrigebat. Itā aut verbū p qd oia facta erāt purgate p fidē menti contemplandū in eternitate seruabat

Non esse contra equalitatē patris z filij etia fm coeternā pfi diuinitatē intelligat filius missus. La. XX

Sicut fm hoc missus a pfe filius dicitur: qz ille pater est: ille filius: nullo mō impedit vt credamus: eqlem patri esse filiū z cōsubstantialē z coeternū: z tamen a patre missum filiū. Hō qz ille maior ē: ille minor: sed qz ille pater: ille filius. Ille genitor: ille genit. Ille a quo ē qui mittit: ille q est ab eo q mittit. Filius em a pfe ē: non pfi a filio. Scdm hoc iā pōt intelligi: nō tñ ideo dicit missus fili: quia verbū caro factū est: s̄ ideo missus vt verbū caro fieret: z p presentia cor poralē illa q scripta sunt oparet. id est vt non tñ homo missus intelligat qd verbū factū ē sed z verbū missuz vt homo fieret: qz non fm imparē potestatē vel substantiā vel aliqd qd deo pfi nō sit equalē missus ē: sed fm id qd filius a patre est: nō pater a filio. Uerbū enim patris est filius: qd z sapientia eius dicitur. Quid g mirū si mittit: nō qz inequalis ē patri: sed qz est manatio quedā claritatis omni potentis dei sincera? Ibi aut qd manat: z de quo manat vnus eiusdemqz substantie est. Itaqz em sicut a oua de foramine terre aut lapidis manat: sed sicut lux de luce. Itaqz quod dictū est: Landoz ē em lucis eterne: quid aliud dictū ē: qz lux ē lucis eterne? Landoz qpe

Gal. 4

Sap. 7

Libe

lucis: qđ nisi lux ē? Et ideo coeterna luci: de qua lux est. Abiit autē dicere: cādor: lucis: qđ lux lucis: ne obscurior: putaret ista que manar: qđ illa de qua manar. Lū em̄ audir cādor ei? ec̄ ista: facilius ē vt p hāc lucere illa: qđ hec min^o lucere credat. Sed qz cauēdū nō erat ne minor: lux illa putaret qđ istaz genuit. Hoc em̄ nullus vnq̄ heretic^o ausus ē dicere: nec credendū ē alique ausuz. Illi cogitationi oc currit scriptura qđ possit videri obscurior lux ista que manar: qđ illa de qđ manar. Quā suspitione tulit cū ait. Lādor: ē illi^o: id ē lucis eterne: atq; ita ofndit equalē. Si em̄ h minor ē: obscuritas illi^o ē: nō candor: illi^o. Si autē maior ē nō ex ea manar. Nō em̄ vinceret de qđ genita est. Quia qđ ex illa manar: non ē maior: qđ illa. Quia xō nō obscuritas illi^o ē candor: illius ē nō est minor: equalis ē ergo. Neq; h mouere debet: qz dicta ē manatio quedā claritas: om̄ nipotentis dei sincera: tanq̄ ipa nō sit omnipotens: s; oīpotentis manatio. A hoc em̄ de illa dicit. Et cū sit vna: oīa pōt. Quis ē autē oīpotens: nisi qđ oīa pōt? Ab illo itaq; mittit: a quo emanat. Sic em̄ r ab illo perit: qđ amabat eaz et desiderabat eā. Emitte inq̄t illā de sanctis celis tuis: r mitte illā a sede magnitudis tue vt mecū sit: r mecū laborez: id ē doceat me laborare ne laborez. Labores em̄ eius: virtutes sunt. Sz aliter mittit vt sit cū hoīe: alit missa est vt ipa sit hō. In aīas em̄ sc̄tas se trāssert: atq; amicos dei r pphas pstituit: sicut etiam implet factos angelos r oīa talib^o misterijs agrua p eos opat. Lum autē venit plenitudo t̄pis missa ē: non vt impleret angelos: nec vt esset angel^o: nisi inq̄tū p̄siliū p̄is anūciabat qđ r ipius erat. Nec vt eēt cū hoīb^o: aut i hominib^o. Hoc em̄ r antea in p̄rib^o r pphetis: sed vt ipm̄ verbū caro fieret: id ē hō fieret: in quo futuro reuelato sacramēto etiā eoz sapiētia atq; sc̄toz salus eēt: qđ priusq̄ ipē de virgine nascere: de mlierib^o nati sunt: r in qđ facto atq; p̄dicato sal^o sit oīm credentiū: sperantiū: diligētiū. Hoc em̄ magnū pietatis ē sacramentū: qđ manifestū ē in carne: iustificatū ē in spū: appuit angel^o: p̄dicatū ē in gētib^o: creditū ē in mundo: assumptū ē in gl̄ia. Ab illo qđ mittit dei x̄bū: cui^o ē x̄bū. Ab illo mittit de qđ natū ē. Abiit qđ genuit: mittit qđ genitū est. Et tūc vnicuiq; mittit: cū a quoq; cognoscit atq; p̄cipit q̄tū cognosci r p̄cipi pōt. p captu vel proficiētis in deū: vel p̄fecte in deo aīe rationali. Nō qđ oīpō qđ de p̄e nar^o ē: missus d̄r fili^o. Sz v̄leo qđ appuit huic mūdo x̄bū caro factū. Uñ dic. Exiua p̄e r veni hūc mūdu

Ule eo qđ ex tpe cuiusq; mēte p̄cipit: sic dictū est. Abiit illā vt mecū sit: r mecū laborez. Sap. 9 Qđ qđ natū ē ab eterno: eternū ē. Lādor ē em̄ lucis etne. Qđ autē mittit ex tpe: a quoq; cognoscit. Sz cū in carne manifestat^o ē fili^o dei in hūc mūdu missus ē in plenitudine t̄pia: fact^o ex feia. Quia em̄ in sapia dei nō poterat mūdu cognoscere p sapiaz deū: qm̄ lux lucz i tenebris: r tenebre eā nō cōphēderūt: placu it deo p stulticiā p̄dicatiōis saluos credentes facere: r x̄bū caro fieret r hitaret in nob. Lū autē ex tpe cuiusq; p̄cept^o mēte p̄cipit: mitti qđ d̄r: s; nō in hūc mundū. Neq; em̄ sensibiliter appet. i. coz: peis sensib^o p̄sto ē. Quia r nos fm̄ qđ mēte aliqd eternū q̄tū possum^o capimus: nō in h mūdo sum^o. Et oīm kultoz spūs etiā adhuc in hac carne viuentiū: in q̄tū diuina sapiūt: nō sūt in h mūdo. Sz p̄ cū ex tpe a quoq; cognoscit: nō d̄r missus. Nō em̄ habet de qđ missus sit: aut ex qđ p̄cedat. Sapia qđ p̄e dicit. Ego ex ore altissimi p̄diui Et de spū sancto d̄r: a p̄e p̄cedit: p̄ xō a nullo. Sicut qđ p̄ genuit: fili^o genit^o ē. ita p̄ misit: fili^o missus ē. Sz quē admodū qđ genuit r qđ genit^o ē: ita r qđ misit r qđ missus ē vnū sunt: qz p̄ r fili^o vnū sunt. Ita etiā spūs sc̄tus vnū cū eis ē: qz h̄ tria vnū sūt. Sicut em̄ natū cē ē filio a p̄e eē: ita mitti ē filio cognosci qđ ab illo sit: r sic spūs sancto donū dei esse est a patre p̄cedere: ita mitti ē cognosci qđ ab illo p̄cedat. Nec possum^o dicere qđ spūs sanct^o: r a filio non p̄cedat. Neq; em̄ frustra idē spūs: r p̄fis r filij spūs dicit. Nec video qđ aliud significare voluerit: cuz sufflans in faciē discipuloz ait. Accipite spū sanctū. Neq; em̄ stat^o ille corpore^o cuz sensu corpali ter tangendi p̄cedēs ex corpe substātia spūs sancti fuit: s; demonstratio p̄ cōgruā significationē: nō tm̄ a patre: sed a filio p̄cedere spūs sanctū. Quis em̄ dementissim^o dixerit: aliū fuisse spū quē sufflans dedit: r alium quem post ascensionē suam misit? Unus em̄ spūs: est spiritus dei: spiritus patris r filij: spūs sanctus qui operatur omnia in omnib^o. Sed qđ bis datus est: dispensatio certe significationis fuit: de qua suo loco quantuz dominus dederit differemus. Quod ergo dñs ait. Quem ego mittā vobis a patre: ostendit spū ritū patris r filij: qz etiam cū dixisset: quē mittet pater: addidit: in nomine meo: nō tm̄ dixit: quem mittet pater a me: quē admodū dixit: quē ego mittā vobis a patre: videlicet ostēdens qđ totius diuinitatis: vel si melius dicit deitatis: p̄cipiū pater est. Qui ergo ex p̄e procedit r filio: ad eū refert^o a qđ nat^o est fili^o.

Quartus

Joh. 7 Et qd dicit euāgelista. Spūs nondū erat datus: qz iesus nōdū erat clarificatus: quō itel
 ligit nisi qz certa illa spūsancti datio vel mis-
 sio post clarificatiōē xpī futura erat qualis
 nūq̄ antea fuerat. Itēq̄ em̄ antea nulla erat
 sed talis non fuerat. Si em̄ antea spūscētūs
 nō dabat quo impleri pphete locuti sunt: cū
 apte sc̄ptura dicat: et multis locis ondat spīri-

Luc. 1 tusctō eos locutos fuisse: cū et de Johe bap-
 tista dicitur sit: spūsancto replebit̄ iā inde ab vte-
 ro m̄ris sue: et spūscētō replet̄ Zacharias in-

Jbidē uenit̄ pater ei⁹: vt de illo talia diceret. Spū-
 Jbidē sancto maria: vt talia d̄ dño quē gestabar vte-

Luc. 2 rō p̄dicaret. spūscētō Simeon et Anna: vt ma-
 gnitudinē xpī puuli agnosceret. Quō ḡ spūs

Joh. 7 nōdū erat datus: qz iesus nōdū erat clarifi-
 catus: nisiqz illa datio: vel donatio: vel missio

spūscētī: habitura erat quādā p̄prietatē suaz
 in ipō aduentu: qualis antea nunq̄ fuit. Nul-

Act. 2 q̄ em̄ legim⁹: linguis quas nō nouerat homi-
 nes locutos ueniētē in se spūscētō: sicut tūc fa-

ctū est: cū opteret ei⁹ aduentū signis sensibi-

libus demonstrari: vt onderet̄ totū orbē terra-

rū atqz oēs gentes in linguis varijs constitu-

tas: credituras in xp̄m p̄ donū spūsancti: vt

impleret̄ qd̄ in psalino canit̄. Itō sunt loque-

Ps. 18 le neq̄ sermōes quoz nō audiant̄ voces eo-

Jbidē rū. In omnē terrā erūt̄ sonus eoz: et in fines

Gal. 4 orbis terre v̄ba eoz. Verbo itaqz dei ad vni-

tatē p̄sone copulatus: et quodā mō cōmixtus

est hō: cū ueniente plenitudine t̄pis missus

est in hunc mundū: fact⁹ ex femina filius dei

vt eēt et filius hoīs p̄pter filios hoīm. Itāc p̄-

sonā angelica natura figurare antea potuit

vt p̄nunciaret: nō exp̄meret vt ip̄a esset.

De sensibili demonstratiōe spūscētī et de co-

eternitate trinitatis. La. XXI

De sensibili aut̄ demonstratiōe spūscētī

sancti: siue p̄ columbe spēm: siue per

linguas igneas: cū ei⁹ subam̄ patri

et filio cōeternā: pariterqz in cōmutabilē sub-

ditā et seruiens creatura rpalib⁹ moribus et

suba qua sunt tria vnū sunt: pater et filius et

spūscētūs: nullo rpalī motu sup omnē creatu-

rā idip̄m sine vllis interuallis tempoꝝ vel lo-

coꝝ et sil' vnū atqz idē ab eternitate in eterni-

tatē: tanq̄ ip̄a eternitas que sine veritate et

caritate nō est. In meis autē vocibus sepati

sunt pater et filius et spūsanctus: nec sil' dici po-

tuerūt: et in lris visibilib⁹ sua sepatim locoz

spacia tenuerūt. Et quē admodū cū memo-

riā meam: et intellectū: et voluntatē nomino:

singula quidē nomia ad res singulas referū-

tur: sed tñ ab omib⁹ trib⁹ singula facta sunt.

Nullū em̄ hoꝝ triū nominiū est: qd̄ non et me-

moriam et intellectus et voluntas mea sil' opata

sunt. Ita trinitas sil' opata est: et vocem patris: et

carnē filij: et colūbā spūscētī: cū ad p̄sonas sin-

gulas hec singula referant̄. Quā similitudine

vt cū qz cognoscit̄: isepabilē in seip̄am trinita-

tē p̄ visibilis creature spēm sepatiliter demō-

strari: et insepabilē trinitatis opationē: etiam

in singulis esse rebus: q̄ vel ad p̄rem: vel ad

filij: vel ad spūscētū demonstrandū p̄prie p̄-

tinere dicūt. Si ergo a me queris: quōd facte

sint: vel voces vel sensibiles forme atqz spēs

ante incarnationē verbi dei que hoc futurū

p̄figurarent: per angelos ea deū opatur esse

respondeo: qd̄ etiā scripturaz sanctaz testi-

monijē q̄rum exultimo satis ostendi. Si aut̄

queris ip̄a incarnatio quomō facta sit ipsum

verbū dei: dico carnē factum: id est hoīem fa-

ctū: nō tamen in hoc qd̄ factū est puer suz ar-

Joh. 1

Act. 13

Joh. 7

Luc. 1

Jbidē

Jbidē

Luc. 2

Joh. 7

Act. 2

Ps. 18

Jbidē

Gal. 4

Abath. 3

Act. 2

Joh. 1

Libe

ministeriū pagende significationis: sic oportuisse de^o iudicari: an aliqd aliud intelligendū sit: inuenire difficile ē: et temere affirmare nō expedit. Quō tñ ista sine rōnali vel intellectuāli creatura potuerūt fieri: non video. Neq; adhuc loc^o ē explicare: cur ita sentiam q̄tū vires dñs dederit. Prius em̄ sūt discutienda et resellēda hereticorū argumēta: q̄ non ex diuinis libris: sed ex rationib⁹ suis pferūt quib⁹ se vehemēter cogere arbitrant̄ testio: nia sc̄pturaz q̄ de p̄re et filio et sp̄sctō sūt: ita eē intelligēda vt ipi volūt. Nūc aut̄ nō iō minorē filiū qz missus ē a p̄re: nec ideo minorez sp̄sctū qz et p̄r eū misit et fili⁹: sufficiēter q̄tū arbitror demonstratū ē. Siue em̄ ppter visibilitē creaturā: siue poti⁹ ppter p̄ncipiū cōmēdationē: nō ppter inēq̄litatē vel imparilitatē vel dissilitudinē substātie in sc̄pturis hec posita intelligunt̄: qz etiā si voluisset de⁹ p̄r p̄ subiectā creaturā visibilitē appere: absurdissime tñ aut a filio quē genuit: aut sp̄sctō q̄ de illo p̄cedit: missus diceret̄. Iste igit̄ sit huius volumis mod⁹: deinceps in ceteris adiuuante dño: illa hereticorū versutissima argumēta qualia sint: et quēadmodum redarguantur videbimus.

Explicit liber quartus

Incipiūt capitula libri quinti

- f **Q**uod modeste ac sobrie debz hō cui etiam sue mentis natura explicabilis est de dei substantia cogitare.
- ij **De** incōmutabili eēntia qd sol⁹ dō ē
Sicut autem duo quedam sunt: mens et amor eius cum se amat: ita quedam duo sunt mens et noticia eius cum se nouit. Igitur ipsa mens et amor: et noticia eius: tria quedam sunt: et hec tria unum sunt: et cum perfecta sunt: equalia sunt. Si enim minus se amat quod est ut verbi gratia: tantum se amat hominis mens quantum amanda est corpus hominis: cum plus sit ipsa quam corpus: peccat: et non est perfectus amor eius. Item si amplius se amat quod est: velut si tantum se amet quantum amandus est deus: dum incomparabiliter minus sit ipsa quam deus: etiam sic nimio peccat et non perfectum habet amorem sui. Ab amore autem pueritate et iniquitate peccat: cum corpus tantum amat quantum amandus est deus: Item noticia si minor est: quod est illud quod nescit: et plene nosci potest: perfecta non est. Si autem maior est: iam superior est natura quam nouit quam illa que nota est: sicut maior est noticia corporis: quam ipsum corpus quod ea noticia notum est. Illa enim vita quedam est: in ratione cognoscens: corpus autem non est vita: Et vita quolibet corpore maior est: non mole sed vi. Abens vero cum seipam cognoscit: non se superat noticia sua: quia ipsa cognoscit: ipsa cognoscit. Cum ergo se totam cognoscit: neque secum quicquam aliud: par illi est cognitio sua: quia neque ex alia natura est eius cognitio: cum seipam cognoscit. Et cum se totam nihil amplius percipit: nec minor nec maior est. Recta igitur diximus hec tria: cum perfecta sunt: esse consequenter equalia. Si etiam admonemur: si utrumque videre possumus hec in anima existere: et tanquam inuoluta euolui ut sentiamur et dinumerentur substantialiter vel ut ita dicam: essentialiter: non tanquam in subiecto: ut color: aut figura in corpore: aut vlla qualitas: aut quantitas. Quicquid enim tale est: non excedit subiectum in quo est. Non enim color: iste aut figura huius corporis potest esse et alterius corporis. Abens autem amore quo se amat potest amare et aliud preter se. Item non se solam cognoscit mens: sed et alia multa. Quod enim non amor et cognitio tanquam in subiecto insunt menti sed substantialiter etiam ista sunt sicut ipsa mens quia et si relative dicuntur ad invicem: in sua

IX

tamen sunt singula queq; substantia. Non sic color et coloratum relatiue ita dicuntur adinuicem. vt color in subiecto colorato sit: non habens in seipso propriam substantiam: quoniam coloratum corpus substantia est. ille autē in substantia: sed sicut duo amici etiam duo sunt homines: que sunt substantie cum homines non relatiue dicantur. amici autem relatiue. Sed item quis substantia sit amans vel sciens substantia sit scientia: substantia sit amor: sed amans et amor. aut sciens et scientia: relatiue ad se dicantur sicut amici. Absens vero aut spiritus non sunt relatiua: sicut nec homines relatiua sunt: non tamen sicut amici homines possunt seorsum esse abinuicem: sic amans et amor: aut sciens et scientia. Quis et amici corpore videntur separari posse: non animo. in quantum amici sunt. verū tñ fieri pot. vt amicus amicum etiam odisse incipiat et corpore amicus esse desinat: nesciente: illo: et adhuc amante. Amor autē quo se mens amat: si eē desinat simul et illa desinat esse amans. Item noticia qua se mens nouit: si esse desinat: simul et illa nosse se desinat. Sic caput capitati alicui vti q; caput est. et relatiue ad se dicitur quis etiam substantie sint. Nam et caput corpus est. et capitatum. Et si non sit corp: nec capitatum erit. Sed hec precisione abinuicem separari pnt. illa non possunt: Quia si sunt aliqua corpora q; secari omnino et diuidi nequeunt: tamen nisi partibus suis constarent corpora non essent pars ergo ad totum relatiue dicitur: quia ois pars alicuius totius pars est: et totū oibus partibus totū est. Sed quoniam et pars corpus est et totum: non tñ ista relatiue dicunt: s; etiā substantia lter dicunt. Fortassis ergo mens totū est: eius quasi partes amor quo se amat et scientia qua se nouit: quibus duabus partibus illud totū constat. An tres sunt equales partes quibus totū vnum completur. S; nulla pars: totū cuius pars est completif. Absens vero cum se totam nouit: hoc est perfecte nouit per totū eius est noticia eius. Et cum se perfecte amat: totā se amat: et per totū ei amor eius. Num ergo sicut ex vino et aqua et melle vna sit portio: et singula per totum sunt: et tamen tria sunt: nulla em pars est portiois q; non habeat hec tria: Non em iuncta velut si aqua et oleum essent: sed omnino cōmixta sunt: et substantie sunt omnes: et totus ille liquor vna q; dam est ex tribus cōfecta substantia. Tale aliquid arbitrandū est esse simul hec tria: mentē amorem: noticiam: sed non vnius substantie sunt aqua: vinum: et mel: quis ex eorum com-

mixtione fiat vna substantia portiois: Quō autem illa tria nō sunt eiusdem substantie nō video: cum mens ipa se amet: atq; ipa se nouerit: atq; ita sint hec tria: vt nō alteri alicui rexmens vel amata vel nota sit. Tm^o ergo eiusdemq; essentie necesse est hec tria sint: et ideo si tanq; cōmixtione cōfusa essent: nullomodo essent tria: nec referri adinuicē possent. Quē admodum si ex vno eodemq; auro tres anulos similes facias: quis connexos sibi referūt adinuicem q; similes sunt. Omnis em similis alicui similis est: et trinitas anulorū est: et vnu aurū. At si misceantur sibi et per totam singuli massam suam conspergant intercidet illa trinitas: et oīno non erit: ac non solū vnum aurū dicitur: sicut in illis tribus anulis dicebatur: s; iam nulla aurea tria

Mens et amor et noticia et singula in se manent et oia in oibus Capit. V.
In illis tribus cum se nouit mens et amat se: manet trinitas: mens: amor: noticia: et nulla cōmixtione cōfunditur. Quis et singula sint in seipsis: et inuicem tota in totis: siue singula in binis: siue bina in singulis. Itaq; oia i oibus. Nam et mēs est vtiq; in seipso: quoniam ad seipam mens dicitur: quis noscens vel nota: vlnoscibilis: ad suam noticiā relatiue dicatur. Amans quoq; et amata vel amabilis ad amorem referatur: q; se amat et noticia: quis referatur ad mentem cognoscentem vel cognitā: tamē et ad seipam nota et noscens dicitur. Non enim sibi est incognita noticia: qua se mens ipa cognoscit. Et amor: quis referatur ad mentem amante cuius amor est: tamen et ad seipm est amor: vt sit etiam in seipso: quia et amor amatur. Nec alio nisi amore amari pot: id est seipso. Ita sūt hec singula in seipsis. In alterius aut ita sunt: quia et mens amans in amore est: et amor in amante noticia: et noticia in mente noscente. Singula in binis ita sunt quia mens que se nouit et amat: in amore et noticia sua est: et amor amantis mētis seseq; scientis: in mēte noticiaq; ei est. Et noticia mentis se scientis et amante in mente atq; in amore eius est: quia scientes se amat et amantem se nouit. Ac per hoc et bina in singulis: quia mens que se nouit et amat cum sua noticia est in amore: et cum suo amore in noticia. Amor: quippe ipse et noticia simul sunt in mente: que se amat et nouit. Tota vō in totis: quemadmodum sint: iam supra ostendimus: cum se tota mens amat: et totam nouit: et totum amorem suum nouit: totamq; amat noticiam suam: quādo tria ista ad seipsa

Liber

perfecta sunt. Adiro itaq; modo tria ista inseparabilia sunt a semetipsis. et tamē eorum singulū quodq; substantia est. et simul omnia vna substantia vel essentia: cum et relatiue dicant adinuicem.

De noticia qua mens non solum se: sed etiam alias mentes nosse regulariter potest. Lapf. VI.

Sed cum seipam nouit humana mens et amat seipam: non aliquid incommutabile nouit et amat: aliquid vniuersū quod homo loquendo enunciat mentem suam: quod in seipso agatur attendens: Aliter autem humanam mentem speciali aut generali cognitione diffinit. Itaq; cum mihi de sua propria loquitur: vtrum intelligat hoc: aut illud: aut non intelligat: et vtrum velit aut nolit hoc aut illud: credo: Cum vero de humana specialiter aut generaliter verum dicit: agnosco et approbo. Unde manifestum est aliud vnum quēq; videre in se: quod sibi alius dicenti credat: non tamen videat: aliud autem in ipsa veritate quod alius quoq; possit intueri: quoque alterum mutari per tempora: alterum incommutabile eternitati consistere. Neque enim oculis corporeis multas mentes videndo per similitudinē colligimus: generalem vel specialem mentis humane noticiam sed intuemur inuiolabilem veritatem ex qua perfecte quantum possumus diffiniamus: non qualis sit vniuscuiuscunq; hominis mens: sed qualis esse sempiternis rationibus debeat. Unde etiam phantasias rerum corporalium per corporis sensus haustas et quod animo infusas memorie: ex quibus etiam ea que non visa sunt ficto phantasmate cogitantur: siue aliter quam sunt: siue fortuito sicuti sunt alijs omnino regulis supra mentem nostram incommutabiliter manentibus: vel approbare apud nosmetipsos: vel improbare conuincimur cum recte aliquid approbamus aut improbamus. Nam cum et recolo cartaginis mēna que vidi: et cum fingo alexandrie que non vidi: eademque imaginarias formas quasdam quibusdam preferens: rationabiliter prefero: viger et claret desuper iudicium veritatis: ac sui iuris incorruptissimis regulis firimum est. Et si corporalium imaginum quasi quodam nubilo subtextitur non tamen inuoluitur atque confunditur. Sed interest vtrum ego sub illa: vel in illa caligine: tamē a celo perspicuo secludar: an sicut in altissimis montibus accidere solet: inter vtrumque aere libero fruens: et serenissimam lucem super densissimas nebulas subter aspiciam. Nam vnde in me fraterni amoris inflammatur ardor: cum audio virum aliquem pro fidei pul-

chritudine et firmitate: acriter tormenta tolerasse. Et si mihi digito ostendatur ipse homo: studeo mihi coniungere: notum facere: amicitia colligare. Itaq; si facultas datur: accedo: alloquor: sermonem confero: affectum meum in illum quibus verbis possum exprimo: vicissimque in eo fieri quem in me habeat atque exprimi volo: spiritalemque complexum credendo melior: quia peruestigare tam cito et cernere penitus eius interiora non possum. Amo itaque fidelem et forte virum: amore casto atque germano. Quod si mihi inter nostras loquelas fateatur: aut incautus aliquo modo sese indicet: quod vel de deo credat incongrua: atque in illo quoque carnale aliquid desideret: et pro tali errore illa pertulerit vel sperate pecunie cupiditate: vel inani auaritate laudis humane: statim amor ille quo in eum ferebar offensus: et quasi repercussus: atque ab indigno homine ablatum: in ea forma permanet: ex qua eum tale credens amaueram. Nisi forte ad hoc homo iam ut talis sit: cum tale non esse conperio. At in illo homine nihil mutatum est: mutari non potest ut fiat: quod eum iam esse credideram: in mente autem mea mutata est vtiq; ipsa existimatio: que de illo aliter se habebat: et aliter habet. Idemque amor ab intentione perfruendi: ad intentionem consulendi: incommutabili desuper iusticia iubente deflexus est. Ipsa vero forma in concussa ac stabili veritate: et in qua fruere homine bonum eum credens: et in qua eum consulo: ut bonus sit: eadem luce incorruptibilis sincerissimeque rationis: et mentis aspectum et illam phantasie nubem quam desuper cerno cum eundem hominem quem videram cogito in perturbabili eternitate perfundit. Item cum arcum pulchre et equaliter intortum quem vidi: verbi gratia: cartagini a se reuoluo: res quedam menti nunciata per oculos memorie que transfusa imaginatum conspectum facit. Sed aliud mente conspicio finemque mihi opus illud placet: vnde etiam si displiceret: corrigerem. Itaq; de istis secundum illam iudicamus: et illam cernimus rationalis mentis intuitu. Ista vero aut presentia sensu corporis tangimus: aut imagines absentium fixas in memoria recordamur: aut ex earum similitudine talia fingimus: qualia nos ipsi si vellemus atque possemus: etiam opere moliremur. Aliter enim figurantes animo imagines corporum: aut per corpus corpora videntes: aliter autem rationes artesque ineffabiliter pulchram talium figurarum super aciem mentis simplici intelligentia capientes

IX

De verbo quod mens ex eterna concipit-
veritate Capitulum. VII.

Illa igitur eterna veritate ex qua
temporalia facta sunt omnia. forma
fm quam sumus. et fm quam vel in
nobis vel in corporibus vera et recta ratione
aliquid opamur visu mentis aspicimus. atq;
inde conceptam rerum veracem noticiam: tanq;
verbum apud nos habemus: et dicendo intus
gignimus: nec a nobis nascendo discedit. Lū
aut ad alios loquimur: verbo intus manenti
ministerium vocis adhibemus: aut alicui⁹ si-
gni corporalis: vt per quandam cōmemoratio-
nem sensibilem: tale aliquid fiat etiā in animo
audientis: quale de loquentis animo non re-
cedit. Nihil itaq; agimus per membra corpo-
ris in factis dictisq; nostris: quibus vel appro-
bantur vel improbantur mores hominum: qđ
non verbo apud nos intus edito preuenim⁹.
Nemo em̄ volens aliquid facit: qđ non in cor-
de suo prius dixerit. Quod verbum amore cō-
cipitur: siue creature: siue creatoris: id est aut
nature mutabilis aut incōmutabilis veritatis
Quali amore diligi debeat creatura

Capitulum. VIII.

Ergo aut cupiditate: aut caritate nō
quo non sit amanda creatura. sed si
ad creatorem refertur ille amor: non iam cu-
piditas sed caritas erit. Tunc enim est cupi-
ditas cum propter se amatur creatura. tūc nō
vtentem adiuuat: sed corrumpit fruētē. Lū
ergo aut par nobis: aut inferiori creatura sit in-
feriore vtendum est ad deum: pari autē fru-
endum. sed in deo. Sicut enim teipso: non in
teipso frui debes. sed in eo qui fecit te. Sic etiā
illo: quem diligis: tanq; teipm: et nobis ergo et
fratribus in domino fruamur: et inde nos nec
ad nosmetipsos remittere. et quasi relaxare de-
orsum versus audeamus. Nascitur autem ver-
bum cum excogitatum placet. aut ad peccan-
dum aut ad recte faciendum. Verbum ergo
nostrum et mentem de qua gignitur quasi me-
dius amor coniungit: seq; cum eis tertium cō-
plexu incorporeo sine vlla confusione strigit

Quo differat dilectō rerum spiritualium ab
amore carnalium. Capitulum. IX.

Conceptum autē verbum et natum
idipm est. eum voluntas in ipa noti-
cia cōquiescit quod fit in amore spi-
ritualium. Qui enim: verbi gratia: perfecte no-
uit: perfecteq; amat iusticiam: iam iustus est.
etiam si nulla existat fm eam forinsecus p mē-
bra corporis operandi necessitas. In amore
autem carnalium temporaliumq; reruz: sicut

in ipis animalium fetibus: alius est concept⁹
verbi: alius partus. Illic em̄ quod cupiendo
concepitur: adipiscendo nascitur. Quoniam
non sufficit auaricie nosse: et amare aurum: ni-
si et habeat. Neq; nosse et amare vesci: aut con-
cumberc: nisi etiam id agat: neq; nosse et ama-
re honores et imperia: nisi proueniant. Que
tamen omnia: nec adepta sufficiunt. Qui em̄
biberit ex hac inquit aqua: sitiet iterum Job. 4.
et in psalmo. Concepit inquit dolorem et pepe-
rit iniquitatem. Dolorem vltimo dicit cō-
cipi. cum ea cōcipiuntur que nosse ac velle nō
sufficit: et inardescit atq; egrotat animus indi-
gentia: donec ad ea perueniat: et quasi pariat
ea. Unde eleganter in latina lingua parta di-
cuntur: et reperta atq; comperta: que verba
quasi a partu ducta resonant. Quia cupiscē-
tia cum conceperit parit peccatum. Unde do-
minus clamat. Venite ad me omnes qui la-
boratis et onerati estis: Et alio loco. Elepna-
tibus. et lactantibus in illis diebus. Lum itaq;
ad partum verbi referret omnia vel recte fa-
cta vel peccata. ex ore inquit tuo iustificabe-
ris: et ex ore tuo condemnaberis: os volens in-
telligi: non hoc visibile: sed interius inuisibile
cogitationis et cordis.

Job. 4.
Ps. 7.

Jaco. 1.

Abat. 11.
3bid. 24

Non omnia que noticiā comprehendit dici
posse concepta. Capitulum. X.

Recte ergo queritur: vtrum omnis
noticia verbum: an tantum amata
noticia. Nouimus enim et ea que odi-
mus. Sed nec concepta: nec pta dicenda sūt
animo. que nobis displicent. Nō enim omnia
que quoquo modo tangunt concipiuntur: vt
tantum nota sint. non tamen verba dicantur.
sicut ista de quibus nunc agimus. Aliter enim
dicuntur verba que spacia temporuz syllabis
tenent: siue pronuncientur: siue cogitentur.
alter omne quod notum est verbū dicitur aīo
impresum qđ diu de memoria proferri et diffi-
niri potest: quis res ipa displiceat. aliter cum
placet quod mente concipitur. Scđm quod
genus verbi accipiendum est quod ait aposto-
lus. Nemo dicit domin⁹ Iesus: nisi in spiritu
sancto: cum fm aliam verbi notionem dicant
hoc et illi. De quibus ipse dominus ait. Non
omnis qui dicit mihi dñe dñe. intrabit in regnū
celorum. Verum tamen cum et illa que odim⁹
recte displicent: recteq; improbantur: appro-
batur eorum improbatio: et placet et verbum ē
Neq; vitiozum noticiā nobis displicet: sed ipa
vitia. Nam placet mihi quod noui. et diffinio
quid sit intemperantia: et hoc est verbum eius
sicuti sunt in arte nota vitia. Et recte appro-

1. Cor. 12

Abat. 7

batur eorum noticia: cum discernit cognitor speciem priuationemque virtutis: sicut aere: et negare: esse et non esse. At tamen virtute priuari atque in vitium deficere damnabile est. Et diffinire intemperantiam verbumque eius dicere pertinet ad artem morum. Esse autem in temperantem ad id pertinet quod illa arte culpatur sicut nosse ac diffinire quod sit soloecismus pertinet ad artem loquendi: facere autem vitium est: quod eadem arte reprehendit. Verbum est igitur: quod nunc discernere ac insinuare volumus cum amore: noticia. Cum itaque se mens nouit et amat: iungitur ei amore verbum eius. Et quoniam amat noticiam: et nouit amorem: et verbum in amore est: et amor in verbo: et utrumque in amante atque dicente. Sed omnis finis speciem noticia: similis est ei rei quam nouit. Est enim alia noticia finis priuationem quam cum improbamur loquimur. Et hec priuationis improbatio speciem laudat: ideoque approbatur.

Concepte noticiae similitudinem tunc ad equalitatem mentis accedere: cum id quod cognoscitur: neque inferioris: neque superioris nature est.

Capitulum XI.

Habet ergo animus nonnullam speciei note similitudinem: siue cum ea placet: siue cum eius priuatio displicet. Quo circa in quantum deum nouimus: similes sumus. Sed non ad equalitatem similes: quia nec tantum eum nouimus: quantum ipse se. Et quemadmodum cum per sensum corporis discimus corpora: sit eorum aliqua similitudo in animo nostro: que phantasia memorie est. Non enim omnino ipsa corpora in animo sunt: cum ea cogitamus: sed eorum similitudines. Itaque cum eas pro illis approbamur: erramus. Error namque est pro alio alterius approbatio. Melior est tamen imaginatio corporis in animo: quam illa species corporis: in quantum hec in meliore natura est: id est in substantia vitali sicuti animus est: ita cum deum nouimus: quamuis melioris efficiamur quam eramus ante: nosseimus: maximeque cum eadem noticia etiam placita digneque amata verbum est: sitque aliqua dei similitudo illa noticia: tamen inferior est: quia in inferiori natura est. Creatura quippe animus: creator autem deus. Ex quo colligitur: quia cum se mens ipsa nouit atque approbat: sic est eadem noticia verbum eius: ut ei sit par omnino et equale: atque identidem: quod neque inferioris essentie noticia est: sicut corporis: neque superioris sicut dei. Et cum habeat noticia similitudinem ad eam rem quam

nouit: hoc est cuius noticia est: hec habet perfectam et equalem qua mens ipsa que nouit est nota. Ideoque et imago et verbum est: quod de illa exprimitur cum cognoscendo eidem coequatur: et est gignenti equale quod genitum est.

Cur sicut noticia mentis est proles non etiam amor partus eiusdem sit. Capitulum XII.

Quid ergo amor: non erit imago: non verbum: non genitum. Cur enim mens noticiam suam gignit cum se nouit: et amorem suum non gignit cum se amat? Nam si propterea est notionis sue causa quod noscibilis est: amoris etiam sui causa est: quod est amabilis. Cur utrumque itaque non genuerit: difficile est dicere. Hec enim questio etiam de ipsa summa trinitate: omnipotentissimo creatore deo: ad cuius imaginem homo factus est: solet mouere homines: quos veritas dei per humanam locutionem inuitat ad fidem. Cur non spiritus quoque sanctus a patre deo genitus vel creditur vel intelligitur: ut filius etiam ipse dicatur? Quod nunc in mente humana utrumque inuestigare conamur: ut ex inferiore imagine in qua nobis familiaris natura ipsa nostra quasi interrogata respondet: exercitatio mentis acie ab illuminata creatura ad lumen incommutabile dirigamus. Si tamen veritas ipsa persuaserit: sicut dei verbum filium esse nullus christianus dubitat: ita caritatem esse spiritum sanctum. Ergo ad imaginem illam que creatura est: hoc est ad rationalem mentem: diligentius de hac re interroganda considerandaque redeamus: ubi temporaliter existens: non nullarum rerum noticia que ante non erat: et aliquarum rerum amor que antea non amabantur distinctius nobis aperit quid dicamus: quia et ipsi locutioni temporaliter dirigende: facilius est ad explicandum res que in ordine temporum comprehenduntur. Primo itaque manifestum sit posse fieri ut sit aliquid scibile: id est quod sciri possit: et tamen nesciatur: illud autem fieri non posse ut sciat: quod scibile non fuerit. Unde liquido tenendum est quod omnes res quamcumque cognoscimus: cogenerat in nobis noticiam sui. Ab utroque enim noticia parit: a cognoscente et cognito. Itaque mens cum se ipsam cognoscit: sola parit et noticiam sue: et cognitum enim et cognitor ipsa est. Erat autem sibi ipsa noscibilis: et antequam se nosset: non noticia sui non erat in ea: cum se ipsa non nouerat. Quod ergo cognoscit se: parem sibi noticiam sui gignit: quia non minus se nouit quam est: nec alterius essentie est noticia eius: non solum quia ipsa nouit: Sed etiam quia se ipsam: sicut supra diximus. Quid ergo de amore dicendum est: cur

Sen. j.

IX

non etiam cum se amat: ipm quoqz amorem sui genuisse videatur: Erat enim amabilis sibi: et anteq se amaret: quia poterat se amare sicut erat sibi noscibilis: et anteq se nosset: quia poterat se nosse. Nam si non sibi esset noscibilis: nunq se nosse potuisset. Ita si non sibi eet amabilis: nunq amare potuisset. Cur itaqz amando se non genuisse dicatur amorem suum: sicut cognoscendo se genuit noticiam suam. In eo quidem manifeste osteditur hoc amoris esse principium: unde procedit: ab ipsa quidem mente procedit que sibi est amabilis anteq se amet: atqz ita principiu est amoris sui quo se amat. Sed ideo no recte dicitur genitus ab ea sicut noticia sui qua se nouit: quia noticia iam inuentum est quod partum repertu dicitur: quod sepe precedit inquisitio eo fine quietura. Nam inquisitio est appetitus inueniendi: quod idem valet si dicas: reperiendi. Que autem reperiuntur: quasi pariuntur: unde proli similia sunt: ubi nisi in ipsa noticia: ubi enim quasi expressa formantur. Nam etsi iam erant res quas querendo inuenimus: noticia tamen ipsa non erat: quam sicut prole nascentem deputamus: porro appetitus ille qui est inquirendo procedit a querente: et pendet quodammodo: neqz requiescit sine quo intenditur: nisi id quod queritur inuentum: querenti copuletur. Qui appetitus: id est inquisitio: quis amor esse no videatur: quo id quod notum est: amatur. Hoc enim adhuc ut cognoscat agitur: tamen ex eodem genere quiddam est. Nam voluntas iam dici potest: quia omnis qui querit inuenire vult: et si id querit quod ad noticiam pertineat: omnis qui querit nosse vult. Quod si ardentius atqz instanter vult: studere dicitur quod maxime in assequendis atqz adipiscendis quibusqz doctrinis dici solet. Partum ergo mentis antecedit appetitus quidaz: quo id quod nosse volumus querendo et inueniendo nascitur proles ipsa noticia: ac per hoc appetitus ille quo concipitur pariturqz noticia: partus et proles recte dici non potest. Idemqz appetitus quo inhiatur rei cognoscende: fit amor: cognite dum tenet atqz amplectitur placitam prolem: id est noticiam gignentisqz coniungit. Et est quedam imago trinitatis: ipsa mens et noticia eius quod est proles eius: ac de se ipsa verbum eius: et amor tertius: et hec tria vnum atqz vna substantia. Hec minor proles: dum tantam se nouit mens quanta est: nec minor amor: dum tantu se diligit qm nouit et quanta est.

Explicit liber nonus.

Incipiunt capitula libri decimi.

- i De studijs discere amantium quod ignorant: quod tamen non expeteret scire si penitus ignorarent.
- ii Quibus causis amari videntur cognita: cum ipsa scientia eorum que nescimus expetitur.
- iii An incognita sibi sit mens cum se querit ut nouerit.
- iiii De proprijs mentis que non potest ignorare.
- v In quo mens nosse se debeat: et a quibus abstinere ne eis quasi proprijs delectetur: atqz in se minus nouerit.
- vi In quibus mens de se cogitans possit errare.
- vii De opinionibus eorum qui mentem a liquid precipuum corporis esse senserunt.
- viii Quomodo mens nosse se querens: nihil de se corporeum debet cogitare.
- ix Quomodo mens cognoscat seipsam.
- x Quomodo mens nosse se cupiens nihil eorum de se opinari debeat: de quibus scire esse dubitandum.
- xi De memoria: intelligentia et voluntate: in quibus mens habet in se quandam imaginem diuine trinitatis.
- xii De querenda imagine trinitatis etiam in his que anima ex corporis sensibus concipit.

Aurelij Augustini episcopi de trinitate liber decimus incipit.

De studijs discere amantium quod ignorant: quod tamen non expeterent scire si penitus ignorarent.

Capitulum I.

Nunc ad ea ipsa consequenter enodatus explicanda limitior accedat intentio. Ac primu quia rem proius ignota amare omnino nullus potest: diligenter intuentum est cuiusmodi sit amor studentium: id est non iam scientius: sed adhuc scire cupientiu quasqz doctrinas. Et in his qpe reb i qb no vitate dicitur studium solent existere amores ex auditu: dum

X

hoim inter se cogitata: significantiu vocu enu-
 ciatione noscunt. ppter hoc notu decus. et ob
 hoc amatu quia notu. studiose querit verbuz
 illud ignotu. Itaq; cu audierit atq; cognoue-
 rit remetu. a veteribus vinu appellatu: s; iam
 ex vsu loquendi que nu habem hoc vocabu-
 lu emortuu. ppter nonnullos fortasse veteruz
 libros sibi necessariu deputabit. Si autem illos
 superuacaneos habet. forte ia nec dignuz qd
 memorie comedet existimat: qz videt. ad illaz
 spem doctrine qua nota mente inruetur atq;
 amat minime pertinere. **¶** Nobre ois amor stu-
 dentis animi. hoc est volentis scire qd nescit: no
 est amor ei rei qua nescit: s; ei qua scit: ppter
 qua vult scire qd nescit. aut si ta curiosus e. vt
 no ppter causam alia nota: sed solo amore ra-
 piat incognita sciendi: discernend quide est a
 studiosi noie iste curiosus: sed nec ipe amat in-
 cognita: imo pgruenti dicitur: odit incognita: que
 nulla esse vult: du vult oia esse cognita. Sed
 ne quisq; nobis difficiliore referat questionez
 asserens ta no posse queq; odisse qd nescit: qz
 no pot amare qd nescit. no resistim verbis: s;
 intelligendu est: no hoc ide dici cu dicit: amat
 scire incognita. ac si diceret: amat incognita.
 Illud ei fieri pot vt amet quisq; scire incogni-
 ta. vt aut amet incognita non pot. Non enim
 frustra ibi est positu scire. Quis scire amat i
 cognita. no ipa incognita. sed ipm scire amat.
 Quod nisi haberet cognituu neq; scire se quic-
 q; posset fidenter dicere neq; nescire. Non so-
 lum em qui dicit scio. et verum dicit. necesse est
 vt quid sit scire sciat. sed etiaz qui dicit nescio.
 id que fidenter et veru dicit scit veru se dicere
 scit vtiq; quid sit scire. qz discernit ab sciente
 nescientem. cum veraciter se intuens dicit ne-
 scio. Et cu ipe scit se verum dicere ynde sciret
 si quid sit scire. nesciret.

Quibus causis amari videtur cognita. cu
 ipa scientia eozq; nescimus expedit. **La. XI.**

Quilibet igitur studiosus. quilibet cu-
 riosus non amat incognita. cum ar-
 dentissimo appetitu instat scire qd
 nescit. Aut em iam genere notuz habet quod
 amat. idq; nosse expedit. etia in aliqua re sin-
 gula vel in singulis rebus que illi nondu note
 forte laudant. fingitq; aio in angariam for-
 mam qua excitetur in amore. Unde aut fin-
 git nisi ex his que iam nouerat. Cui tamē for-
 me aio figurate atq; in cogitatione notissime
 si eam que laudabat dissimilem inuenerit. for-
 tasse no amabit. Qd si amauerit. ex illo ama-
 re incipiet ex quo didicit pauloante quippe
 alia erat que amabatur. quam sibi animus.

formas exhibere consueuerat. Si autem illi forme
 simile inuenerit qua forma pdicauerat: cui ve-
 re possit dicere. ia te amabam. nec tunc vtiq;
 amabat incognita: qua illa similitudie nouerat
 Aut i spe sempiternae rois videm aliqd tibi
 amamus: qd cum expressum in aliq; rei tpalis
 effigie: illis q; expti sunt laudantibus et ama-
 mus et credim: no aliqd amam incognitum
 vni iam supra satis disseruim. Aut aliqd no-
 tum amam: ppter qd ignotu aliqd querim
 cui ignoti amore nequaq; nos tenet. s; illius
 cogniti q; pertinere nouim: vt illud etia qd ad-
 huc ignotu qrimus nouerim: sicut d incogni-
 to verbo pauloante locutus sum. Aut ipm scire
 quis q; amat: quod nulli scire aliquid cupien-
 ti esse incognitu pot. His causis videt amare
 incognita qui scire aliquid volunt quod ne-
 sciunt et ppter ardentiore qredi appetitu sine
 amore esse dici non pnt. Sed qz se res aliter
 habeat: nec oino quicq; amet incognitu. ar-
 bitroz me psuasisse veru diligenter intuenti-
 bus. Sed qz exempla q; dedim eoz sunt qui
 aliqd qd ipsi non sunt nosse cupiunt. videndu
 est. ne forte aliqd nouu genus appareat cum
 seipsa mens nosse desiderat.

An incognita sibi sit mens cu se querit vt
 nouerit **Capitulum III.**

Quid g amat mes. cu ardentem seip-
 sam qrit vt nouerit. dum incognita
 sibi est. Ecce em mens semetipaz q-
 rit vt nouerit: et inflammat hoc studio. Amat
 igit. Sed qd amat. Seipam. Quo. cu se non
 du nouerit. nec qzq; possit amare qd nescit.
 An ei fama pdicauit specie sua. sicut de absen-
 tib; solemus audire. Forte g se nan amat. sed
 qd de se fingit hoc amat. lōge fortasse aliud q;
 ipa est. aut si se mens sui simile fingit. et io cum
 hoc figmentum amat se amat anteq; nouerit:
 qz id qd sui simile est intuet. Mouit igit alias
 metes ex quib; se fingat. et genere ipso sibi no-
 ta est. Cur ergo cum alias metes nouit. se no
 nouit. cu seipsa nihil possit esse pscntius. **¶** Si
 vt oculis corpis. magis alij oculi noti sunt. q;
 ipi sibi no se q; qrat nuq; inuictura. Nuq; ei se
 oculi pter specula videbunt. Nec villo mo putā
 du est etia reb; in corpis ptepladis tale aliqd
 adhiberi. vt mes tanq; in speculo se nouerit.
 An i rōne veritatis eterne videt qz speciosuz
 sit nosse semetipam. et hoc amat. qd videt stu-
 detq; i se fieri. qz quis sibi nota no sit. notu tū
 ei e qz bonu sit vt sibi nota sit. Et h; qdē p mira-
 bile e: no du se nosse. et qz sit pulch; se nosse ia
 nosse. An aliquē finē optimū. i. securitatē et bea-
 titudinē suā videt. p qndā occultā memoriā q;

in longinqua eā pgressam nō deseruit. ⁊ cre-
dit ad eundē finē: nisi seipam cognouerit se p-
uenire nō posse. Ita dū illud amat hoc q̄rit. ⁊
notū amat illud ppter qd̄ querit ignotū. Sz
cur memoria beatitudinis sue potuit memo-
ria sui cū ea perdurare non potuit. vt tam se
nosset que vult puenire. q̄ nouit illud q̄ vult
puenire. An cū se nosse amat. nō se quā non-
dum nouit. sed ipm nosse amat: acerbiusq; to-
lerat seipam deesse scientie sue. qua vult cun-
cra comprehendere. Nouit aut̄ quid sit nosse: ⁊
dum hoc amat qd̄ nouit etiam se cupit nosse.
Ubi ergo nosse suū nouit si se non nouit. nam
nouit qd̄ alia nouerit. se aut̄ nō nouerit. hinc
em̄ nouit: ⁊ quid sit nosse. Quo pacto igitur
se aliquid scientē scit: que seipam nescit. neq;
em̄ alterā mentē scientem scit s̄ seipam. Scit
igitur seipam. Deinde cū se querit vt nouerit
querentē se iā nouit. It̄ se ergo nouit. Qua-
propter non pōt oīno nescire se. Que dum se
nescientē scit: se utiq; scit. Si aut̄ se nescientē
nesciat. nō se querit vt sciat. Quapropter eo
ip̄o quo se querit. magis se sibi notā q̄ ignotā
esse cōuincit. Nouit em̄ se querentē atq; nesci-
entē: dū se querit vt nouerit. Quid ergo dice-
mus. An qd̄ ex pte se nouit: ex pte non nouit.
Sed absurdū est dicere: nō eam totā scire qd̄
scit. Non dico totū scit: s̄ qd̄ scit: tota scit. Lū
itaq; aliquid de se scit: qd̄ nisi tota nō pōt. totā
se scit. Scit aut̄ se aliqd̄ scientē. nec pōt quicq;
scire nisi tota. Scit se igitur tota. Deinde qd̄
eius ei tam notū est q̄ se viuere.

De proprijs mentis que non potest igno-
rare.

Capitulum III.

Non pōt aut̄ ⁊ mens esse ⁊ nō viuere
q̄n̄ habet etiā amplius vt intelligat
It̄am ⁊ anime bestiarum viuunt: sed
non intelligunt. Sicut ergo mens tota mens
est: sic tota viuit. Nouit aut̄ viuere se. Totam
se igitur nouit. Postremo cū se nosse mens q̄-
rit: mentē se esse iā nouit. alioquin vtrū se que-
rat ignorat: ⁊ aliud p alio forsitan querat. Si
eri em̄ pōt vt ip̄a nō sit mens. atq; ita dum mē-
tem nosse querit: non seipam querat. Qua-
propter qm̄ cum querit mens quid sit mens:
nouit qd̄ se querat. pfecto nouit quod ipsa sit
mens: porro si hoc in se nouit quod mens est.
⁊ tota mens est: totam se nouit. Sed ecce nō
se nouerit esse mētem: cum aut̄ se querit. hoc
tantū modo nouerit quod se querat. Potest
em̄ etiam sic aliud p alio querere. si hoc nescit
vt autē non querat aliud pro alio. pculdubio
nouit quid querat. At si nouit quid querat: ⁊
seipam querit. seipam utiq; nouit. Quid ergo

adhuc q̄rit: q̄ si ex pte se nouit: ex parte āt ad-
huc q̄rit: non seipam: sed pte suā querit. Lum
em̄ eaīpa dicit. Deinde qz nouit nōdū se a se
inuentā totā: nouit q̄nta sit tota. Itaq; ita q̄rit
qd̄ deest. que admodū solemus q̄rere vt veni-
at in mentez qd̄ excidit: nec tñ penitus exci-
dit: qz pōt recognosci cū venerit hoc eē qd̄ q̄-
rebat. Sed quō mens veniat in mentē quasi
possit mens in mente non esse: huc accedit qz
si parte inuēta nō se totā querit. tñ tota se q̄rit.
Tota ergo sibi p̄sto est: ⁊ quid adhuc quera-
non est: hoc em̄ deest quod querit: nō illa que
querit. Lum itaq; tota se querit nihil eius de-
est. Aut si non tota se querit. sed pars que in-
uenta est. querit partem que non dum inuen-
ta est. Non se ḡ mens q̄rit cuius se nulla pars
querit: pars em̄ que inuenta est: nō se querit.
pars autem que nondum inuenta est: nec ip̄a
se querit: quoniam ab ea que iam inuenta
est parte non queritur. Quocirca quia nec to-
ta se mens querit: nec pars eius vlla se querit
se mens omnino nō querit.

In quo mens nosse se debeat: ⁊ a quib⁹ ab-
stinere ne eis quasi proprijs delectetur atq; i
se minus nouerit.

Ca. V.

Quid ergo ei p̄ceptum est: vt seipam
cognoscat: credo vt seipam cogitet: ⁊
fm̄ naturā suam viuat: id ē vt fm̄ na-
tura suam ordinari appetat: sub eo sez cui sub-
denda est: supra ea quib⁹ p̄ponēda est: sub illo
a quo regi debet: supra ea que regere debet.
Abulta em̄ p cupiditatē prauā tanq; sui sit ob-
lita: sic agit. Videt em̄ qd̄ā intrinsecus pul-
cra: in prestantiori natura que deus est. Et cū
instare debeat vt eis fruatur: volens ea sibi tri-
buere: ⁊ non ex illo: similis illius: sed ex seip̄sa
esse quod ille est: auertitur ab eo: moueturq;
⁊ labitur in minus ⁊ minus: quod putat am-
plius ⁊ amplius: quia nec ipsa sibi: nec ei quic-
q; sufficit recedenti ab illo qui solus sufficit.
Ideoq; per egestatem ac difficultatem sit ni-
mis intenta in actiones suas: ⁊ inquietas de-
lectationes quas per eas colligit: atq; ita cu-
piditati acquirendi noticias ex his que foris
sunt: quorum cognitum genus amat: ⁊ sentit
amitti posse: nisi impensa cura tenet tenean-
tur perditq; securitatem: tantoq; seipam mi-
nus cogitat: quā om̄magis secreta est: q̄ se non
possit amittere. Ita cum aliud sit nō se nosse:
aliud nō se cogitare. Itaq; em̄ multaz doctri-
naz peritū: ignorare gr̄maticā dicimus. cū
eā nō cogitat: qz de medicina arte tunc cogi-
tat. Lū ergo aliud sit nō se nosse: ⁊ aliud se co-
gitare: tanta vis est amoris. vt ea que cum

X

amore diu cogitauerit. eisq; cure glutino in-
 heserit. attrahat secū etiā cū ad se cogitandā
 quodā nō redit. Et q; illa corpora sunt que fo-
 ris per sensus carnis adamauit. eozq; diutur-
 na quadā familiaritate implicata est. nec secū
 pōt introsum tanq; in regiōe incorporee na-
 ture ipā corpa inferre: imagines eorum con-
 uoluit et rapit. factus in semetipā: de semetipā
 Dat em̄ eis formādis quiddam substātie sue:
 seruat aut̄ aliquid: quo libere de specie raliuz
 imaginum iudicet: et hoc est magis mens. id
 est rōalis intelligentia. que seruat vt iudicet
 Nam illas anime ptes que eozq; similitudini-
 bus informantur. etiam cum bestijs nos cō-
 munia habere sentimus.

In quib⁹ mēs in se cogitans possit errare.
 Capitulū. VI.

Rat aut̄ mēs: cū se istis imaginibus
 tāto amore pūgit: vt etiā se eē aliqd
 hmōi existimet. Ita ei pformat eis quodā nō
 nō id existendo sed putando. nō quo se imagi-
 nem putet. s; oīno illud ipm cui⁹ imaginē secū
 habet. Tūget quippe in ea iudiciū discernēdi
 corpus qd̄ foris relinquit ab imagine. quā de
 illo secū gerit. nisi cū ita exprimunt eedē ima-
 gines tanq; foris sentiant: nō intrus cogitetur
 sicut dormientib⁹: aut furentibus: aut in aliq̄
 extasi accedere solet.

De opinionibus eoz qui mentē aliqd pci-
 puū corporis esse senserūt. Capitulū. VII.

Um itaq; se tale aliqd putat. corp⁹
 esse se putat. Et q; sibi bñ conscia est
 principat⁹ sui quo corpus regit. hic
 factū est vt quidā quererent qd̄ corpus āplus
 valeret in corpore: et hoc esse mentē. vel oīno to-
 tā aiām existimarēt vt empedocles et ericetes
 opinati sūt. Itaq; alij sanguinē: alij cerebruz
 alij cor: nō sic scriptura dicit. Cōfitebor tibi dñe
 in toto corde meo. Et diliges dñm deū tuum
 ex toto corde tuo. Hoc. n. abutendo vel trans-
 ferēdo vocabulo dīa corpe ad animū: s; ipam
 oīno p̄ticolā corpis quā in viscerib⁹ dilaniatis
 videm⁹. eā eē putauerūt Alij ex minutissimis
 indiuiduisq; corpusculis q̄s atomos dicūt. cō-
 currentib⁹ in se atq; coherentib⁹. eā p̄fici cre-
 diderūt. Alij aerē. alij ignē. substātiā ei⁹ esse
 dixerūt. Alij eā nullā esse substātiā. quia nisi
 corpus: nullā substātiā poterāt cogitare. et
 eā corpus esse nō inueniebāt. sed ipam tempe-
 rationē corpis nr̄i vel cōpageni primordioruz
 quib⁹ ista caro tāq; p̄nectit. eē opinati sunt eo-
 q; oēs eā mortālē esse senserūt: q; siue corpus
 esset: siue aliqua cōpositio corporis. nō posset
 vtiq; imortaliter pmanere. Qui vero ei⁹ sub

stantiā vitā quandā nequaq; corporeā. qñ qd̄
 vitā. oē viuū corpus animantē ac viuificantē
 esse reperiūt. cōsequenter et imortalē. q; vite
 carere vita nō pōt. vt quisq; potuit. pbare co-
 nati sunt. Nā de quinto illo nescio: quo corpe-
 qd̄ notissimis q̄tuo: hui⁹ mūdi elementis q̄-
 dā pūgentes. hinc aiām esse dixerūt. hoc lo-
 co diu differendū nō puto. Aut em̄ hoc vocāt
 corpus qd̄ nos. cui⁹ in laci spacijs toto mi-
 noze est. et in illis annumerādi sunt q̄ mētē cor-
 poreā esse crediderūt. Aut si vel oēm substā-
 tiām. vel oēm mutabilē substātiā corpus ap-
 pellant. cū sciant nō oē locoꝝ spacijs aliqua lō-
 gitudine vel latitudine et altitudine cōtineri
 nō cū eis de vocabuli questione pugnandū ē.
 In his oib⁹ sentētijs q̄sq; videt mētis naturā
 et eē substātiā et nō eē corporeā. i. nō minore sui
 pre min⁹ occupare loci spaciū. mai⁹ q; maiore
 sū oportet videat eas q̄ opinant eē corporeas
 nō ob hoc errare qd̄ mens desit eoz noticie. s;
 qd̄ adiūgūt ea: sine quibus nullā p̄nt cogitare
 naturā. Sine phantasijs em̄ corpm quicquid
 vñ fuerint cogitare. nihil oīno eē arbitrāt. iō
 q; nō se tanq; sibi desit mens requirat. Quid
 em̄ tā cognitōi adest. q; id qd̄ menti adest. aut
 qd̄ tā mēti adest. q; ipā mens. Cū et ipā q̄ ap-
 pellat inuentio. si verbi origenē retractemus
 qd̄ aliud resonat. nisi q; inuenire est in id ve-
 nire qd̄ querit. p̄opterea q̄ q̄si vltro in mētē
 veniūt. nō v̄sitate dicunt inuenta. q̄uis cogni-
 ta dici possint. q; nō in ea q̄rendo tendebam⁹
 vt in ea veniremus: hoc est ea inueniremus.
 Quapropter sicut ea que oculis aut villo alio
 corpis sensu requirunt. ipā mens querit. ipā
 em̄ etiā sensū carnis intendit. tūc aut̄ inuenit
 cū in ea q̄ requirunt id est sensus venit. Sic
 alia que non corporeo sensu internuncio. sed
 p seipam nosse debet cū in ea venit. inuenit.
 Aut in superiore substātiā. i. in deo: aut in cete-
 ris aiē partibus sicut de ipis imaginibus cor-
 porū cum iudicat. intus em̄ in aiā eas inuenit
 per corpus impressas

Et mens nosse se cupiēs nihil eoz d̄ se cor-
 poreū debeat cogitare.

Capitulū. VIII.

Rgo seipam quemadmodum que-
 rat et inueniat. mirabilis questio est
 q̄ tēdat. vt q̄rat. aut veniat: vt inue-
 niat. Quid em̄ tam in mente q̄ mēs est. Sed
 quia in his est que cum amore cogitat. sensibi-
 libus aut̄: id est corporalibus cū amore assue-
 facta est. nō valet sine imaginibus eorum eē
 in semetipā. hinc ei obort̄ erroris dedecus-
 dum rerum sensarum imagines se cernere.

ps. 9. ijo
 137.
 Deur. 6.

a se non pōt: vt se solā videat. Loheserunt em̄
mirabiliter glutino amoris: ⁊ hec est eius im-
mundicia: qm̄ dū se solē nititur cogitare. h̄ se
putat esse sine quo se non pōt cogitare. Lum
igit̄ ei p̄cipit vt seip̄am cognoscat: non se tāq̄
sibi detracta sit querat: sed id qd̄ sibi addidit
detrabat. Interior est em̄ ip̄a: non solū q̄ ista
sensibilia que manifeste foris sunt: sed etiaz q̄
imagines eoz̄ q̄ in parte quadā sunt aie. quā
habent ⁊ bestie: q̄uis intelligentia careant q̄
mētis est pp̄ria. Lū ergo sit mens interior q̄-
dam mō exit a semetip̄a. cū in hec quasi vesti-
gia multaz intentionū exerit amoris affectū
Que vestigia tanq̄ imprimunt memorie: qm̄
hec que foris sunt corpalia sentiunt: vt etiam
cū absunt ista: presto sint tñ imagines eorum
cogitantib⁹. Cognoscat ḡ semetip̄am: nec q̄si
absentē se querat: sed intentionem volunta-
tis qua palia vagabat̄ statuatur in seip̄am: ⁊ se
cogitet. Ita videbit q̄ nunq̄ se nō amauerit:
nunq̄ nescierit: Sed aliud secū amando cuz
eo se confudit ⁊ cōcreuit quodam mō: atq̄ ita
dū sicut vnum diuersa cōplectitur: vnum pu-
tauit esse que diuersa sunt

Quō mens cognoscat seip̄am. Cap. IX.

Qn itaq̄ velut absentem se querat
cernere: s̄ p̄ntez se curet discernere
Nec se quasi nō noz̄it cognoscat: sed
ab eo q̄ alterū nouit dinoscat. Ip̄m em̄ quod
audit: cognosce. teip̄am: quō agere curabit si
nescit: aut qd̄ sit cognosce: aut qd̄ sit teip̄am.
Si aut̄ vtrūq̄ nouit: nouit seip̄am: qz̄ ita n̄ d̄r
menti: cognosce teip̄az: sicut d̄r: cognosce che-
rubin aut seraphin. De absentibus ei illis cre-
dimus: s̄m qd̄ celestes quedā pr̄ates esse p̄di-
cant. Nec sicut d̄r cognosce voluntatē illius
hoīs: q̄ nobis nec ad sentienduz̄ vllō mō: nec
ad intelligendū p̄sto est: nisi corpali⁹ signis
editis: ⁊ hoc ita vt magis credam⁹ q̄ intelliga-
mus: Necq̄ ita vt d̄r hoī: vide faciē tuā: quod
nisi in speculo fieri nō pōt. Itā ⁊ ip̄a n̄ fa-
ciēs absens ab aspectu n̄ ōest: qz̄ nō ibi est q̄ ille di-
rigi pōt. Sed cū d̄r mēti: Cognosce teip̄am: eo
ictu q̄ intelligit qd̄ dictū est: teip̄am: cognoscat
seip̄am: nec ob aliud q̄ eo q̄ sibi p̄is est. Si at̄
qd̄ dictū est nō intelligit: nō vtiq̄ facit. h̄ igit̄
ei p̄cipit vt faciat: qd̄ cū ip̄m p̄ceptū intelligit:
facit. Nō ergo adiūgat aliud ad id qd̄ seip̄am
cognoscat: cū audit vt seip̄am cognoscat. Ler-
te enim nouit sibi dici: sibi scilicet que est: ⁊ vi-
uit: ⁊ intelligit. Sed est ⁊ cadauer: viuit ⁊ pe-
cus: intelligit autem nec cadauer nec pecus.
Sicut ergo sese esse ⁊ viuere scit: quomodo ē
⁊ viuit intelligentia.

Mens nosse se cupiēs nihil eorum de se
opinari deat de qb⁹ scit eē dubitādū. La. X.
CU ergo: verbi gr̄a: mens aere ⁊ se
putat: aerē intelligere putat. Se tñ
intelligere scit: aerem aut̄ se esse nō
scit: sed putat. Se cernat qd̄ putat: cernat qd̄
scit: hoc ei remaneat. Tñ ne illi quidē dubita-
uerunt: q̄ aliud atq̄ aliud corp⁹ esse mentem
putauerūt. Necq̄ em̄ oīs mens aerem se eē exi-
stimat: s̄ alie ignē: alie cerebrū: alieq̄ aliō cor-
pus: ⁊ aliud alie: sic supra cōmemorauī. oēs tñ
se intelligere nouerunt ⁊ esse ⁊ viuere. Sed I-
telligere ad id qd̄ intelligunt referunt: eē aut̄
⁊ viuere ad seip̄as. Et nulli est dubiū: nec que
q̄ viuere q̄ non sit. Ergo p̄sequenter ⁊ eē ⁊ vi-
uere id qd̄ intelligit: non sicuti est cadauer qd̄
nō viuit: nec sicuti viuit aīa q̄ nō intelligit: sed
pp̄rio quodā eodēq̄ p̄stantiore mō. Itē velle
se sciunt: necq̄ hoc posse queq̄ qui non sit ⁊ q̄
non viuat pariter sciunt. Itēq̄ ip̄am volunta-
tem referunt ad aliquid qd̄ ea voluntate vol-
unt. Ademinisse etiā se sciunt: simulq̄ sciunt
quod nemo meminisset nisi esset ac viueret.
Sed ⁊ ip̄am memoriā referimus ad aliqd̄
quod ea meminimus. Duobus igitur horum
trium memoria ⁊ intelligentia multarū reruz̄
noticia atq̄ scientia p̄tinentur. Voluntas at̄
adeat: per quā fruamur eis vel vtamur. Fruī-
mur enim cognitis: in quibus volūtas ip̄is p̄-
pter seip̄a delectata conquescit: vtimur vero
eis que ad illud referimus quo fruendum est.
Nec est alia vita hominū vitiosa atq̄ culpabi-
lis: q̄ male vtens ⁊ male fruens. De qua re si
est nunc differēdi locus. Sed quoniam de na-
tura mentis agitur: remoueamus a conside-
ratione nostra oēs noticias que capiūtur ex-
trinsecus per sensus corporis: ⁊ ea q̄ possum⁹
oēs mentes de seip̄is nosse: certasq̄ esse dili-
gentius attendamus. Utrum enim aeris sit
vis viuendi: reminiscendi: intelligēdi: volēdi
cogitandi: sciendi: iudicandi. An igitur: an ce-
rebrū: an sanguinis: an athomozuz̄: an preter
vsitata quattuor elementa: quinti nescio cui⁹
corporis: an ip̄ius carnis nostre compago: vt
temperamentum hec efficere valeat: dubita-
uerunt hoīes: ⁊ alius hoc: alius aliud affirma-
re conatus est. Viuere se tñ ⁊ meminisse: ⁊ in-
telligere: ⁊ velle: ⁊ cogitare: ⁊ scire: ⁊ iudicare
quis dubitet. Qm̄ quidem etiam si dubitat vi-
uit: si dubitat vnde dubitet meminit: si dubi-
tat dubitare se intelligit: si dubitat certus esse
vult: si dubitat cogitat: si dubitat scit se nesci-
re: si dubitat iudicat non se temere consenti-
re oportere. Quisquis igitur aliunde dubitat

de his oibus dubitare non debet: que si non essent: de vlla re dubitare nō posset. Ite oīa q̄ vel corpus vel cōpositionē seu t̄pationē corp̄oris esse mentē putāt: in subiecto esse volūt videri: vt substātia sit aer: vel ignis siue aliq̄d aliud corpus: q̄d mētē putāt. Intelligentia v̄o ita in sit huic corp̄i: sicut qualitas eius: vt illud subiectū sit: hec in subiecto: subiectū sc̄z mēs quā corpus esse arbitrant: in subiecto aut̄ intelligentia: siue q̄d aliud eor̄ que certa nobis esse cōmemorauimus. Iuxta opinant̄ etiā illi qui mentē ip̄am negāt esse corpus: sed compaginē aut t̄mpationē corp̄is. Hoc em̄ inter est: q̄ illi mentē ip̄am dicunt esse substantiam in quo subiecto sit intelligentia. Isti aut̄ ip̄az mentē in subiecto esse dicūt corp̄e sc̄z cui cōpositio vel t̄mpatio est. Vñ p̄sequenter etiā intelligentiā quid aliud q̄ in eodez subiecto corp̄e existimāt. Qui oēs nō aduertūt mētē nōsse se etiā cū querit se: sicut ita ostendim̄. Nullo mō aut̄ recte dici sc̄iri aliqua res: duz ei ignorat̄ s̄ba. Quapropt̄ cū se mens nouit s̄bam suā nouit: et cū de se certa est: de s̄ba sua certa est. Certa est aut̄ de se: sicut quincūt ea que supra dicta sunt. Nec oīno certa est: vt aer an ignis sit: an aliq̄d corpus: vt aliq̄d corp̄oris. Nō est igit̄ aliq̄d eor̄. Totūq̄ illud q̄d se iubet vt nouerit: ad hoc p̄inet vt certa sit nō se esse aliq̄d eor̄ de quib̄ incerta est: idq̄ solū esse se certa sit: q̄d solum esse se certa est. Sic em̄ cogitat ignē aut aerē: et quicq̄d aliud corp̄is cogitat. Necq̄ vllō mō fieri possz vt ita cogitaret id q̄d ip̄a est: quēadmodū cogitat id q̄d ip̄a nō est. Per phantasiā quippe imaginariā cogitat hec oīa: siue ignē: siue aerē: siue illud: siue illud corpus: partēue vllā: siue cōpaginē t̄mpationēq̄ corp̄is: nec vtiq̄ ista oīa: sed aliq̄d hor̄ esse d̄. Si q̄d aut̄ hor̄ esset: aliter id q̄ cetera cogitaret: non sc̄z p̄ imaginabile figmentū: sicut cogitant̄ absentia: q̄ sensu corp̄is tacta sunt: siue oīno ip̄a: siue eiusdē generis aliqua: sed quadā interiore: nō simulata: s̄ vera p̄ntis. Non em̄ quicq̄ illi est seip̄a p̄senti: sicut cogitat viuere se et meminisse et intelligere et velle se. Nouit em̄ h̄ in se: nec imaginat̄ quasi extra se illa sensu tetigerit: sicut corp̄alia queq̄ tangunt. Ex quor̄ cogitationibus si nihil sibi assignat: vt tale aliq̄d se esse putet: quicquid ei de se remanet: hoc solum ipsa est.

De memoria: intelligentiā et voluntate in quibus mens habet in se quandam imaginē diuine trinitatis

Capitulum. XI

Remotis igitur paulisper ceteris: q̄ mens de seip̄a certa est: tria h̄ post simū cōsiderata tractemus: memoriā: intelligentiā: volūtatem. In his em̄ trib̄ inspicī solent etiā ingenia puuloz cuiusmodi p̄ferant indolem. Quāto quippe renacius et facilius puer meminit: q̄toq̄ acutius intelligit et studet ardentius: tanto est laudabilior ingenij. Quz v̄o de cuiusq̄ doctrina queritur nō q̄ta firmitate ac facilitate meminerit: vel q̄to acumine intelligat: s̄ q̄d meminerit et q̄d intelligat q̄rit. Et q̄ nō tm̄ q̄ doctus sit considerat̄ lauadibilis animus: s̄ etiā q̄ bonus. nō tm̄ q̄d meminerit et q̄d intelligat: verū etiā q̄d velit attendit: nō q̄ta flagrātia velit: s̄ q̄d velit p̄us: deinde q̄tū velit. Tūc em̄ laudandus est animus vehemēter amans: cū id q̄d amat vehemēter amandū ē. Lū ḡ dicunt̄ h̄ tria: ingenij: doctrina: vsus. Prīmū hor̄ p̄siderat̄ in illis tribus q̄d possit q̄sc̄ memoria et intelligentia et volūtate. Secundū eor̄ p̄siderat̄ q̄d habeat q̄s memoria: et intelligentia: quo studiosa voluntate puenit. Tām vero vsus tertiusi voluntate est p̄actate illa q̄ in memoria et intelligentia p̄tinent: siue ad aliq̄d ea referat: siue eor̄ sine delectata p̄quiescat. Vti em̄ est assumere aliq̄d in facultate volūtatis: vti autem dicit̄ q̄d in vsum venerit: ad id q̄d amas obtinendū referre: si tm̄ amandū est. Frui est enī amore inherere alicui rei p̄pter seip̄am: frui est aut̄ vti cū gaudio nō adhuc spei: s̄ iam rei. Proinde oīs q̄ fruitur vtitur: assumit em̄ aliquid in facultate volūtatis cū sine delectationis. Nō aut̄ oīs qui vtitur: fruitur: s̄ id q̄d in facultatem volūtatis assumit: nō p̄pter illd̄ ipsum: s̄ p̄pter aliud appetit. Ihec igitur tria: memoria intelligentiā volūtatis: qm̄ non sunt tres vite s̄ vna vita: nec tres mentes sed vna mēs cōsequēter vtiq̄ nec tres sube sunt: s̄ vna substantia. Memoria quippe q̄ vita et mēs et substantia dicit̄ ad seip̄am dicit̄. Vero memoria dicit̄: ad aliq̄d relatiue d̄. Hoc de intelligentiā q̄ et de volūtate dixerim. Et intelligentiā quippe et voluntas: ad aliquid dicunt̄. Vita ē autem vna queq̄ ad seip̄am et mēs et essentia. Quo circa tria hec eo sunt vnum: quo vna vita: vna mens: vna essentia. Et quicquid aliud ad seip̄a singula dicuntur: etiam simul nō pluraliter sed singulariter dicuntur. Eo vero tria quo ad se inuicem referuntur: que si equalia non essent: non solum singula singulis sed etiam omnibus singula: non vtiq̄ se inuicem caperant. Necq̄ enim tantum a singulis singula verum etiam a singulis omnia capiunt̄. Ahe-

Libeꝛ

mini enim me habere memoriã ⁊ intelligẽtiã ⁊ voluntatẽ ⁊ intelligo me intelligere ⁊ velle atq; meminisse ⁊ volo me velle ⁊ meminisse ⁊ intelligere totãq; meã memoriã ⁊ intelligẽtiã ⁊ voluntatẽ simul meminisse. Quidẽ enim memorie mee nõ memini: nõ est in memoria mea. Nihil autẽ tam in memoria: q̃ ip̃a memoria ẽ. Totã igit̃ m̃emini. Itẽ q̃cqd̃ intelligo intelligere me scio ⁊ scio me velle q̃cqd̃ volo. Quicqd̃ autẽ scio meminisse. Totãq; igit̃ intelligẽtiã totãq; voluntatẽ meã memini. Sicut cũ hec tria intelligo ⁊ totã simul intelligo. Neq; em̃ quicq; intelligibiliũ nõ intelligo nisi q̃ ignoro. Quidẽ autẽ ignoro: nec memini nec volo. Quicquid itaq; intelligibiliũ nõ intelligo: p̃sequẽtẽ etiam nõ memini nec volo. Quicqd̃ autẽ intelligibiliũ memini ⁊ volo: p̃sequẽtẽ intelligo. Voluntas etiã mea totã intelligentiã totãq; memoriã meã capit dum toto vtoꝝ qd̃ intelligo ⁊ memini. Quapropter qm̃ inuicẽ a singulis ⁊ totã oia capiunt: equalia sunt totã si ngula totis singulis: ⁊ totã singula simul oib; totis ⁊ hec tria vnũ: vna vita: vna mens vna essentia.

De querenda imagine trinitatis etiam in his que aia ex corpis sensib; p̃cipit. La. XII.

I Am ne igitur ascendẽdũ est qualibuscũq; intentionis viribus ad illaz summã ⁊ altissimã essentia: cui? impar imago est humana m̃es s̃ tñ imago: an ad huc eadẽ tria distinctius declarãda sunt i aia p̃ illa q̃ extrinsecus sensu corpis capimus: vbi t̃paliter imp̃m̃it̃ rez corporeaz noticia. Adẽtem q̃pe ip̃am in memoria ⁊ intelligẽtiã ⁊ voluntate suimet ip̃ius talẽ repiebamus: vt qm̃ sp̃ se nosse sempq; seip̃am velle p̃phendebat simul etiã sp̃ sui meminisse: sempq; seip̃am intelligẽ ⁊ amare p̃phendebat. Quis non semp se cogitare discretã ab eis q̃ nõ sunt qd̃ ip̃a est ac p̃ hoc difficile in ea dinoscitur memoria sui ⁊ intelligentia sui. Quasi em̃ non sint h̃ duo: sed vnũ duobus vocabulis appelles: sic appareret in ea re vbi valde ista cõiuncta sunt: ⁊ aliud alio nullo p̃cedit tpe: amorq; ip̃e nõ ita sc̃titur esse: cũ eum non prodit indigẽtia: quoniam am nõ semp p̃resto est qd̃ amat. Quapropter etiam tardioribus dilucescere hec p̃nt duz ea tractantẽ: que ad animũ tempe accedũt: ⁊ q̃ il t̃paliter accidunt cuz meminit qd̃ antea nõ meminerat: ⁊ cum videt qd̃ antea non videbat: ⁊ cũ amat qd̃ antea nõ amabat. Sed aliõ hec tractatio iam poscit exordium: p̃pter huius libelli modum.

Explicit liber decimus.

Incipiunt capitula libri vndecimi.

- i De imagine trinitatis etiam in eo qd̃ imago dei non est: id ẽ in homine exterioriore querẽda.
- ii De visibili ⁊ vidente atq; visione.
- iii De memoria qua visor imago retinet ⁊ intentioẽ aie q̃ in vtrũq; p̃currit.
- iiii De imaginibus quas cogitationis actus intuetur in phantasia quam memoria concepit.
- v De cogitatioib; innoxijs ⁊ de his q̃ ab acie recordatiois abigende sunt.
- vi De fine voluntatis q̃ agnoscit an recta: an prava cupiamus.
- vii De ea trinitate que iam non ex corpore neq; ex corpis sensu: s; de memoria nascitur cogitantis.
- viii De multiplicationibus trinitatum q̃ ex recordatione pariuntur.
- ix De in q̃libet genere trinitatũ voluntas nec parens inueniat esse nec ples.
- x De facile sit cogitãti fingẽ sibi eas sp̃es q̃s nõ vidit ex eaz recordatione q̃a vidit.
- xi De m̃sura ⁊ nũero ⁊ pondẽ q̃z similitudo sit in memoria ⁊ visioẽ ⁊ voluntate.

Incipit liber vndecimus.

De imagine trinitatis etiam in eo qd̃ imago dei non est: id est in homine exterioriore querenda.

Capitulum I.

Nemini dubiũ est sicut interiorẽ hoĩem intelligẽtia: sic exteriorẽ sensu corpis p̃ditũ. Nitamur igitur si possum; in hoc q̃ exterioriore indagare qualecũq; vestigiũ trinitatis: non qz ⁊ ip̃e co-

de nõ sit imago dei. Manifesta ẽ quippe apostolica sententia: que interiorẽ hoĩem renouari dei agnitione declarat s̃m imaginẽ eius q̃ creauit eũ. cum ⁊ alio loco dicat. Et si exterior: hõ noster corrupit. sed interior renouat de die in diẽ. In hoc ergo q̃ corrupit. queramus que admodũ possumus quandã trinitatis effigiẽ ⁊ si nõ expressioẽ: tñ fortassis ad dinoscendũ facilioẽ. Neq; em̃ frustra ⁊ iste hõ dicit: nisi qz inest ei nonnulla interioris similitudo. ⁊ illo ip̃o ordine cõditionis nostre quomortales atq; carnales effecti sumus: facili; ⁊ quasi familiarius visibilia q̃ intelligibilia p̃tractamus. Cum ista sint exterioria: illa interioria: ⁊ ista sensu corpis sentiamus: illa mente intelligam; nosq; ip̃i animi non sensibiles sim; id est corpora: s; intelligibiles: qm̃ vita sum;

Colo. 3.

2. Cor. 4.

tn̄ vt dixi tanta facta est in corpibus p̄suetudo
 ⁊ ita in hec mirō mō relabēs foras se n̄sa. pie-
 cit intētio: vt cū ab incerto corp̄m ablata fue-
 rit vt in sp̄m̄ m̄to certiore ac stabiliore cog-
 nitione figat̄: refugiat ad ista: ⁊ ibi appetat req̄
 em vñ traxit infirmitatē. Et ul̄ egritudinē cō-
 gruendū est: vt si qñ interiora spiritalia accō-
 modati⁹ distinguere atq; facili⁹ insinuare co-
 namur: de corp̄ palibus exteriorib⁹ similitudinū
 documēta capiamus. Sensu igit̄ corp̄is exte-
 rior hō p̄ditus sentit corp̄a: ⁊ iste sensus qd̄ fa-
 cile aduertitur quin quipertitus est: vidēdo:
 audiendo: olfaciendo: gustādo: tangēdo. Sz
 multū est ⁊ non necessariū vt omnes hos qñ
 q̄ sensus id qd̄ querimus interrogem⁹. Qd̄
 em̄ nobis vnus eorū renunciat: etiam in cete-
 ris valz. Itaq; potissimū testimonio vtamur
 oculoꝝ. Is em̄ sensus corp̄is maxime excellit
 ⁊ est visioni mentis p̄ sui generis diuersitate
 vicinior.

De visibili ⁊ vidente atq; visioe. La. II.

Cum igitur aliquod corpus videm⁹
 hec tria qd̄ facillimū est consideran-
 da sunt ⁊ dinoscēda. Primo ip̄a res
 quā videmus siue lapidem siue aliquam flam-
 mam siue quid aliud qd̄ videri oculis potest:
 quod vtiq; iam esse poterat: ⁊ anteq̄ videre
 tur. Deinde visio que non erat p̄usq; rem illā
 obiectam sensui sentiremus. Tertio qd̄ in ea
 re que videtur q̄diu videtur sensum detinet
 oculoꝝ: id animi intentio. In his igitur trib⁹
 non solum est manifesta distinctio: sed etiam
 discreta natura. Primum quippe illud corp⁹
 visibile longe alterius nature q̄ sensus oculoꝝ
 rum quo sibi met incidente fit visio. Ip̄aq; vi-
 sio quid aliud q̄ sensus ex ea re que sentit̄ in-
 format⁹ apparet. Quis re visibili detracta nul-
 la sit: nec vlla omnino esse possit talis visio: si
 corpus non sit quod videri queat. Nullo mo-
 do tamen eiusdem substantie est corpus quo
 formatur sensus oculoꝝ: cum idez corpus vi-
 detur: ⁊ ip̄a forma que ab eodem imprim̄ sensu
 sui que visio vocatur. Corpus em̄ visum i sua
 natura sepabile est. Sensus aut̄ qui iam erat
 in animante: etiam p̄usq; videret qd̄ vidē pos-
 set: cū in aliquid visibile incurreret: vel visio
 que fit in sensu ex visibili corp̄e cū iam cōiun-
 ctum est ⁊ videt̄. Sensus ergo vel visio. i. sen-
 sus nō formatus extrinsecus: vel sensus for-
 matus extrinsec⁹: ad animantis naturā p̄tinet
 oīno aliā q̄ ē illud corpus qd̄ vidēdo sentim⁹
 quo sensus nō ita format⁹ vt sensus sit: s̄ vt vi-
 sio sit. Nam sensus ⁊ ante obiectū rei visibilis
 nisi esset in nobis nō distarem⁹ a cecis: dum

nihil videmus: siue i tenebris: siue clausis lu-
 minib⁹. Hoc aut̄ distam⁹: qd̄ nobis inest ⁊ nō
 videntibus quo videre possim⁹ q̄ sensus vo-
 cat̄: illis vō non inest. Nec aliunde nisi q̄ co-
 carent: ceci appellant̄. Itēq; illa animi intentio
 que in ea re quā videmus sensum tenet atq;
 vtrūq; coniungit: non tñ ab ea re visibili natu-
 ra differt: qñ quidē iste anim⁹ illud corpus est
 sed ab ip̄o q̄ sensu atq; visione qñ solius ani-
 mi est hec intentio. Sensus aut̄ oculoꝝ nō ob-
 aliud sensus corp̄is d̄: nisi qz ⁊ ipsi oculi mem-
 bra sunt corp̄is: Et q̄uis nō sentiant corpus
 exanime: aīa tñ cōmixta corp̄i p̄ instrumentū
 sentit corp̄oreū: ⁊ idē instrumentū sensus vo-
 catur. Qui etiā passione corp̄is cuz quisq; ex-
 cecat̄ intercept⁹ extinguit̄: cum idez maneat
 anim⁹: ⁊ eius intentio luminib⁹ amissis: cum
 non habet quidē sensum corp̄is que videndo
 extrinsec⁹ corp̄i adiūgat̄: atq; in co viso figat
 aspectū: visu tñ ip̄o iudicet se adempto corpo-
 ris sensu: nec p̄ire potuisse: nec minui. Abas-
 net em̄ quidā vidēdi appetit⁹ integer: siue id
 possit fieri: siue non possit. Hec igit̄ tria: corp⁹
 qd̄ videt̄: ⁊ ipsa visio: ⁊ que vtrūq; coniungit
 intētio: manifesta sunt ad dinoscendū: nō so-
 luz p̄pter pp̄ria singuloꝝ: verū etiā p̄pter dif-
 ferentiā naturaz. Itq; in his cum sensus nō
 p̄cedat ex corp̄e illo quod videt̄: sed ex corp̄e
 sentiētis animantis: cui aīa suo quodaz mirō
 mō cōtemp̄at̄: tñ ex corp̄e quod videt̄ gignit̄
 visio. i. sensus ip̄e format̄: vt iam nō tñ sensus
 q̄ etiā in tenebris esse integer p̄t̄: dum est in
 columitas oculoꝝ: sed etiā sensus informat⁹
 fit: q̄ visio vocat̄. Signif̄ q̄ ex re visibili visio: s̄
 nō ex sola: nisi assit ⁊ videt̄. Quocirca ex visi-
 bili ⁊ vidēte gignit̄ visio: ita sane vt ex viden-
 te sit sensus oculoꝝ: ⁊ aspiciētis atq; intuen-
 tis intentio. Illa tñ informatio sensus: que vi-
 sio dicit̄ a solo imprimat̄ corp̄e qd̄ videt̄. i. a re
 aliqua visibili: q̄ detracta: nulla remanet for-
 ma que inerat sensui dū adesset illud qd̄ vide-
 bat̄. Sensus tñ ip̄e remanet q̄ erat ⁊ priusq; ali-
 qd̄ sentiret̄: velut in aqua vestigiū tādiu est:
 donec ip̄m corpus qd̄ imprim̄ inest: quo ab-
 lato nullū erit: cū remaneat aqua que erat: ⁊
 anteq̄ illā formā corp̄is capet. Ideoq; nō pos-
 sumus quidē dicere q̄ sensum gignat res visi-
 bilis: gignit tñ formā velut similitudinē suam
 que fit in sensu: cum aliqd̄ videndo sentimus.
 Sed corp̄is formā qd̄ videmus: ⁊ formā q̄ ab
 illa in sensu videntis fit p̄ eundē sensum non
 discernim⁹: qñ tanta coniunctio est: vt non pa-
 teat discernendi locus. Sed rōne colligimus
 nequa q̄ nos potuisse sentire: nisi fieret in sen-

Liber

su nostro aliqua similitudo conspecti corporis. Neque enim cum anulus cere impingitur: ideo nulla imago facta est quia non discernitur: nisi cum fuerit separata. Sed quam post ceram separatam manet quod factum est ut videri possit: propterea facile persuadetur quod inerat iam cere forma impressa ex anulo: et assequitur ab illa separet. Si autem liquido humore adtingeret anulum: eo detracto nihil imaginis appareret. Nec ideo tamen discernere non deberet: fuisse in illo humore antequam detraheret: anuli formam factam ex anulo quam distinguenda est ab ea forma que in anulo est nisi ista facta est: quam detracto anulo non erit. Quis illa in anulo maneat nisi ista facta est. Sic sensus oculorum non ideo non habet imaginem corporis quod videtur quod diu videtur quia eo detracto non remanet. Ac per hoc tardioribus ingenijs difficillime persuaderi potest formari in sensu nostro imaginem rei visibilis cum eam videmus et eandem formam esse visionem. Sed qui forte aduerterit quod commemorabo: non ita in hac inquisitione laborabit: plerumque cum diu scilicet attenderimus queque luminaria: et inde oculos clausurimus: quasi desinant in conspectu quidem lucidi colores varie sese commutantes: et minus minusque fulgentes donec oino desistant. Quas intelligendum est reliquias esse forme illius quam facta erat in sensu: cum corpus lucidum videretur paulatimque et quodammodo gradatim deficiendo variari. Nam et insertarum fenestrarum cancelli: si eos forte intuebamur: sepe in illis apparere coloribus ut manifestum sit hanc affectionem in sensu ex ea re que videbatur impressam. Erat igitur etiam cum videremur et illa erat clarior et expressior: sed multum coniuncta cum specie rei eius que cernebatur ut discerni oino non posset et ipsa erat visio. Quinetiam cum lucerne flammula modo quodam diuaticis radijs oculorum quasi geminat: due visiones sunt: cum sit res una quam videtur. Sigillatim quippe afficiuntur idem radij de oculo suo quique emicantes: dum non sinunt illud corpus intuentium pariter coniuncteque concurrere ut unus fiat ex utroque contuitus. Et ideo si unum oculum clausurimus non geminum ignem: si cum est unum viderimus. Lur autem sinistro clauso illa species desinet videri que ad dextrum erat: vicissimque dextro clauso illa intermo: id est que ad sinistrum erat: et longum est et rei presentium non necessarium modo querere atque differere. Quod enim ad susceptam quodammodo satis est: nisi fieret in sensu nostro quedam imago simillima rei eius quam cernimus: non enim oculorum numerum flammam species geminare: eum quidem cernendum modum adhibitus fuerit: qui possit concurrere sum separare radios. Ex uno quippe oculo quam

libet modo deducto aut impresso aut intortu: si alter clausus est dupliciter videri aliquid quod sit unum nullo pacto potest. Que cum ita sint tria hec queuis diuersa natura quemadmodum in quandam unitatem contemperent meminimus: id est species corporis que videtur et impressa eius imago sensui quod est visio: sensus formatus et voluntas animi que rei sensibili sensum admouet: in eorum ipsa visionem tenet. Horum primum: id est res ipsa visibilis non pertinet ad animantis naturam: nisi cum corpus nostrum cernimus. Alterum autem ita pertinet ut et in corpore fiat: et per corpus in anima: fit enim in sensu qui neque sine corpore est: neque sine animo. Tertium vero solus anime est: quia voluntas est. Lum igitur horum trium tam diuersae substantie sint: tamen in tantam coeunt unitatem: ut duo priora vix intercedente iudice ratione discerni valeant: species videlicet corporis quod videtur: et imago eius quam fit in sensu: id est visio. Voluntas autem tantam vim habet copulandi hec duo: ut et sensum formatum admoueat ei rei quam cernit: et in ea formatum teneat. Et si tanta violenta est ut possit vocari amor: aut cupiditas: aut libido: etiam ceterum corpus animantis vehementer afficit. Et ubi non resistit pigrior duriorque materies: in similem speciem coloremque commutat licet videre corpusculum chameleontis: ad colores quos videt facillima conversione variari. Aliorum autem animalium quia non est ad conuersionem facilis corpulentia: fetus plerumque perdit libidines matrum cum quid magna delectatione conspexerit. Quod enim teneriora atque ut ita dixerim: formabiliora sunt primordia seminum: tam efficaciter et capaciter sequuntur intentionem materne anime: et que in ea facta est phantasiam per corpus quod cupide aspexit. Sunt exempla quam copiose commemorari possunt: sed unum sufficit de fidelissimis libris: quo dicitur Job. vi. oves et capre varios coloribus parerent superponendo eis varia virgulta in cannalibus aquarum: que potantes intuerentur eo tempore quo conceperant. Sed anima rationalis deformiter vivit: cum sine trinitatem exterioris hominis vivit: id est cum ea que forinsecus sensum corporis format: non laudabilem voluntatem qua hec ad utile aliquid referat: sed turpem cupiditatem qua his inhearscat accommodat.

De memoria quam visorum imago retinet: et iterum
one autem quam in utroque currit. Ca. III.
q. **Q**uia etiam detracta specie corporis que
corpuliter sentiebat: remanet in me-
moriam similitudo eius quo rursus voluntas

conuertat acie vt inde forme intrinsec^o : sicut ex corpe obiecto sensibili sensus extrinsecus formabat. Atq; ita sit illa trinitas ex memoria et interna visione: et que vtrunq; copulat voluntate: que tria cum in vno cogunt: ab ipso coactu cogitatio dicitur. Nec iam in his tribus diuersa sibi est. Neq; enim aut corpus illud sensibile ibi est quod omnino discretum est ab animantis natura: aut sensus corporis ibi formatur vt fiat visio: aut ipsa voluntas id agit vt formandum sensu sensibili corpi admoueat eoque formatum detineat. Sed per illa specie corporis que videbatur extrinsec^o succedit memoria retinens illam speciem quam per corporis sensum comibit anima: proque illa visione que foris erat cum sensus ex corpe visibili formaretur: succedit intus similis visio: cum ex eo quod memoria tenet: formatur acies animi absentia corpora cogitant. Voluntasque ipsa quod foris corpi obiecto formandum sensum admouebat: formatumque iungebat: sic aciem recordantis animi peruertit ad memoriam: vt ex eo quod illa retinuit ista formetur: et sic in cogitatione similis visio. Sicut autem ratione discernebat species visibilis qua sensus corporis formabat: et eius similitudo que fiebat in sensu formato vt esset visio: alioquin ita erant coniuncte: vt omnino vna eademque putaretur: sic illa phantasia cum animo cogitatur specie visibilis corporis: cum perter ex corporis similitudine: quam memoria tenet: et ea que inde formatur in acie recordantis animi: tamen sic vna et singularis apparet: vt duo quedam esse non inueniant nisi iudicante ratione: qua intelligimus aliud esse illud quod in memoria manet: etiam cum aliunde cogitamus et aliud fieri cum recordamur. id ad memoriam redimus: et illic inuenimus eandem speciem. Quae si iam ibi non esset: ita oblitos nos esse diceremus vt omnino recolere non possemus. Si autem acies recordantis non formaretur ex ea re que erat in memoria nullo modo fieret visio cogitantis. Sed vtriusque coniunctio. id est eius quam memoria tenet: et eius que inde exprimitur: vt formetur acies recordantis: quae simillime sunt: veluti vna facit apparere. Cum autem cogitantis acies auersa inde fuerit: atque id quod in memoria cernebat destiterit intueri: nihil forme que impressa erat in eadem acie remanebit. Atque inde formabitur: que rursus impressa fuerit: vt alia cogitatio fiat. Abhinet tamen illud quod reliquit in memoria: quo rursus cum id recordamur peruertatur et peruersa formetur atque vnum cum eo fiat vnde formatur

De imaginibus quas cogitationis acies intuetur in phantasia quam memoria percipit. La. III

Voluntas vero illa que hac atque illac fert et refert acie formatam coniungitque formatam si ad interiorē phantasiā tota perfluxerit: atque a presentia corporum que circumiacet sensibus atque ab ipsis sensibus corporis: animi aciem omnino auerterit: atque ad eam que intus cernitur imaginem peruenit conuerterit: tamen offendit similitudo speciei corporalis expressa ex memoria: vt nec ipsa ratio discernere sinatur: vt foris corpus ipsum videatur: an intus tale aliquid cogitetur. Itaque interdum homines nimia cogitatione rerum visibilium vel illecti vel territi: etiam eiusmodi repetere voces ediderunt: quasi reuera in medijs talibus actionibus siue passionibus versarentur. Et memini me a quodam audisse quod tamen expressas et quasi solidam speciem femine corporis in cogitando carne soleret: vt eise quasi misceri sentiens: etiam genitalibus fluere. Tamen habet virum animam in corpore suo: et tamen valet ad indumentum qualitatem vertendam atque mutandam quod homo afficiatur indutus que coheret indumento suo. Ex eodem genere affectionis etiam illud est quod in somnis per imaginem illudimur. Sed plurimum differt vtriusque sensibus corporis: sicuti sunt dormientium aut ab interiori copage turbatis: sicuti sunt furentium: aut alio quodam modo alienatis: sicuti diuinantium vel prophetantium: animi intentio quadam necessitate incurrat in eas que occurrunt imagines siue ex memoria: siue alia aliquid occulta videtur per quasdam spirituales mixturas sicuti spiritualis sibi: an sic sanis ac vigilantibus interdum contingit: vt cogitatione occupata voluntas se auertat a sensibus atque ita formetur animi acie varijs imaginibus sensibilibus rerum: tanquam ipsa sensibilia sentiantur. Non tamen autem cum appetendo in talia voluntas intendit: sicut iste impressiones imaginum: sed etiam cum deuitandi et cauendi causa rapit animum in ea peruenenda que fugiat. Tamen non solum cupiendo: sed metuendo infertur vel sensus ipsis sensibilibus vel acies animi formatam imaginibus sensibilibus. Itaque aut metus aut cupiditas: quanto vehementior fuerit: tanto expressius formatur acies: siue sentientis ex corpe quod in loco adiacet: siue cogitantis ex imagine corporis: que memoria continetur. Quod ergo est ad corporis sensum aliquid corpus in loco: hoc est ad animi aciem similitudo corporis in memoria. Et quod est aspiciens visio: ad eam speciem corporis ex qua sensus formatur: hoc est visio cogitantis ad imaginem corporis in memoria constitutam: ex qua formatur acies animi. Et quod est intentio voluntatis ad corpus visum: visioque copulanda: vt fiat ibi quedam vnitatis trium: quibus eorum sit diuersa natura: hoc est eadem voluntatis intentio ad copulandam imaginem corporis que est in memoria: et visionem cogitantis: id est formam quam cepit acies animi rediens

Liber

ad memoriā vt fiat: et hic quedā vnitas ex tribus nō iāz nature diuersitate discretis. s̄ vnus eiusdeq; substātie: q; hoc totū intus est: et totū vn̄ animus. Sicut aut̄ cum forma et species corpis interierit: non pōt ad eā volūtas sensum reuocare cernētis. Ita cū imago quā memoria gerit obliuione deleta est: nō erit q̄ animi aciē formandā voluntas recordando retorqueat.

De cogitationib⁹ innoxijis et de his que ab acie recordatōis ābigende sunt. La. V.

Sed q; pualet anim⁹ non solū oblita verū etiā non sensa nec expta p̄tingere ea que nō exciderūt augendo: minucdo: cōmutādo: et p̄ arbitrio cōponēdo sepe imaginat̄ quasi ita aliqd̄ sit: qd̄ aut scit: n̄ ita esse: aut nescit ita esse. In quo genere cauendū est: ne aut mentiat̄ vt decipiat aut opinet̄ vt decipiat. Quib⁹ duob⁹ malis euitatis nihil ei obsūt imaginata phātasmatā: sic nihil obsūt expta sensibilia: et retēta mēōis: si neq; cupide appetant si iuuāt: neq; turpit̄ fugiant: si offendāt. Lū aut̄ in his volūtas relictis meliorib⁹ auida volūtas imōda fit: atq; ita et cū absūt p̄nciosē: et cū absūt p̄ncios⁹ cogitāt. Abale itaq; viuūt: et d̄formit̄ fm̄ trinitatē hoīs exteriori: q; et illā trinitatē: q̄ lz̄ iteri⁹ imagiet̄: exteriora tñ imaginat̄ sensibiliū corpaliū q̄ vtēdoz causa pepit. Nullus em̄ eis vti posset etiam bene: nisi sensaz̄ rez̄ imagines memoria tenerent. Et nisi ps̄ maxima volūtatē in superiorib⁹ atq; interiorib⁹ habiteret: eaq; ip̄a q̄ cōmodat̄ siue foris corpib⁹: siue int⁹ imaginibus eoz: nisi qcq̄d in eis capit ad meliorē veriorēq; vitā referat: atq; in eo sine cui⁹ intuitu hāgeda iudicat acq̄scent quid aliud facimus nisi qd̄ nos ap̄ls̄ facere phibet dicēs: Nolite p̄formari huic seculo: quapropter nō ē ista trinitas imago dei. Ex vltima q̄ppe. i. corpore creatura qua supior est aia: in ip̄a aia fit p̄sensuz̄ corporis: nec tamē est ofno dissimilis. Quid em̄ non p̄ suo genere ac pro suo modulo habet similitudinem dei: quando quidem deus fecit oīa bona valde: nō ob aliud nisi quia ip̄se summe bonus est. Inquantuz̄ ergo bonū est quicquid est intantum scz̄ q̄uis longe distantem: habet tamen nonnullam similitudinem summi boni: et si naturalem vtiq; rectā et ordinatā: si aut̄ vitiosam: vtiq; turpem atq; p̄uersam. Nam et anime in ipsis peccatis suis: non nisi quandam similitudinem dei: superba et prepostera et (vt ita dicam) seruili libertate sectantur. Ita nec primis parentib⁹ nostris persuaderi peccatum posset: nisi dicere-

tur. Eritis sicut d̄ij. Non sane oē quod in creaturis aliquo modo simile est deo: etiam eius imago dicenda est: sed illa sola: qua superior ipse solus est. Ea quippe de illo proz̄sus exprimitur inter quam et ipsuz̄ nulla interiecta natura est. Visionis igitur illius id est forme q̄ fit in sensu cernentis quasi parens est forma corporis ex qua fit. Sed parens illa nō vera: vnde nec ista vera proles est. Neq; enim omnino inde gignitur: quoniam aliud adhibetur corpori: vt ex illo formetur. id ē sensus videntis. Quocirca id amare: alienari ē. Itaq; voluntas que vtrunq; coniungit quasi parentem et quasi prolem: magis spiritalis est q̄ vtrūlibet illorum. Itaq; corpus illud quod cernitur omnino spiritale non est. Visio dō q̄ fit in sensu habz̄ admixtū aliquid spiritale: quia sine anima fieri non pōt. Sed nō totū ita est: qm̄ ille qui formatur corporis sensus est. Voluntas vero q̄ vtrunq; cōiungit: magis vt dixi spiritalis agnoscit̄: et ideo tanq; personam spiritus insinuare incipit in illa trinitate. Sz̄ magis pertinet ad sensuz̄ formatū q̄ ad illud corpus vnde format̄. Sensus enim animantis et voluntas anime est: non lapidis: aut alius cuius corporis qd̄ videtur. Non ergo ab illo quasi parente p̄cedit. Sed nec ab ista quasi ple: hoc est visioe ac forma q̄ in sensu est. Prius em̄ q̄ visio fieret: iam erat voluntas: que formandū sensum cernendo corpi admoit: sed nō dū erat placituz̄. Quō em̄ placeret qd̄ nondū erat visum: placitū aut̄ quieta volūtas est. Ideoq; nec quasi prolem visionis possumus dicere voluntatem: quia erat ante visionem: nec quasi parentem: q; non ex volūtatē. s̄ ex viso corpe formata et expressa est: si nem fortasse voluntatis et requiē possum⁹ recte dicere visionem: ad hoc dūtaxat vnū. s̄ videntū corpus. Neq; em̄ p̄pterea nihil aliud voley: q; videt aliquid qd̄ volebat.

De fine volūtatē q̄ cognoscit̄ si recta an praua cupiamus. Capitulū. VI.

Non itaq; omnino ipsa voluntas hominis cuius finis non est nisi beatitudo: s̄ ad hoc vnū itez̄. s̄ subiectuz̄ volūtas vidēdi finem non habet nisi visionē: siue id referat ad aliud: siue nō referat. Si em̄ nō refert ad aliud visionē sed tantum voluit vt videret: non est disputandū quō oīndat̄ finem voluntatis esse visionē manifestum est em̄. Si aut̄ refert ad aliud: vult vtiq; aliud: nec iam vidēdi voluntas erit. Aut si vidēdi: non hoc vidēdi scilicet subiectū sed aliud tanq; si velit quisq; videre cicatrice: vt inde

Roz. 12.

Ecc. 39.

XI

doceat vulnus fuisse. Aut si velit videre fenestram: vt p fenestraz videat transeūtes. Omnes iste atq; alie tales volūtates: suos pprios fines habent qui referūtur ad finem illius volūtatis qua volumus beate viuere: et ad eā puenire vitam que non referat ad aliud: sed amanti p seipam sufficiat. Volūtas ergo vidēdi finem habet visionē et volūtas hanc rem vidēdi: finē habet huius rei visionē. Volūtas itaq; vidēdi cicatricē: finē suū expetit: hoc est visionē cicatricis: et ad eā vltra nō princet. Volūtas em̄ pbandi vulnus fuisse alia volūtas est: quāuis ex illa religet: cui⁹ item finis est pbatio vulneris. Et volūtas vidēdi fenestram: finē habet fenestre visionē. Altera est em̄ q̄ ex ista neccitur volūtas: p fenestram vidēdi transeūtes. cuius item finis est visio transeuntium. Recte autē sunt volūtates omnes sibi met religate: si bona est illa quo cuncte referuntur: si autē praua est: prauē sunt oēs. Et idē rectarū voluntatū cōnexio iter est quoddaz ascendentiū ad beatitudinē: qd̄ certis velut passibus agitur. Prāuaz autē atq; distortarū voluntatū implicatio: vinculū est q̄ alligabitur qui hoc agit: vt pūciatur i tenebras ex teriores. Beati ḡ qui factis et moribus cātant cāticiū gradūū: et v his q̄ trahūt peccata: sic testem longam. Sic est autem requies voluntatis quē dicimus finem: si adhuc referē ad aliud: quē admodū possumus dicere requiem pedis esse in ambulando: cū ponit vñ ali⁹ imitatur: quo passibus pgitur. Si autē aliquid ita placet vt in eo cū aliqua delectatione voluntas acquiescat: nondū est tamen quo illd̄ tenditur: sed et hoc refertur ad aliud vt depute: non tanq̄ patria ciuis: sed tanq̄ refectio: vel etiam mansio viatoris.

De ea trinitate que iam non ex corpe neq; ex corpis sensu: sed de memoria nascitur cogitantis. Capitulum VII.

Iam vero in alia trinitate interiore quidem q̄ est ista in sensibilib⁹ et sensibus: sed tñ que inde concepta ē: cū iam nō ex corpe sensus corpis: sed ex memoria formatur acies animi: cui⁹ in ipa memoria species inheret corpis qd̄ forinsecus sensimus: illam spēm que in memoria est quasi parentem dicimus eius que fit in phantasia cogitantis. Erat em̄ in memoria et priusq; cogitaretur a nobis sicut erat corpus in loco et priusq; sentiret vt visio fieret. Sed cum corpus cogitatur ex illa quā memoria tenet exprimit in acie cogitantis: et reminiscendo formatur ea species: que quasi proles est eius quā me-

moria tenet. Sed neq; illa vera parens: neq; ista vera ples ē. Acies quippe animi que formatur ex memoria cum recordando aliquid cogitamus: non ex ea specie procedit quam meminimus visam: quando quidem eoz meminisse non possemus nisi vidissemus. Acies autem animi que reminiscendo format: erat etiaz priusq; corpus quod meminimus videmus quantomagis priusq; id memorie mādaremus. Quā itaq; forma que fit in acie recordantis: ex ea fiet que inest memorie: ipsa tamen acies non inde existit: sed erat an istā. Quē sequēs autē ē vt si nō illa vera parens: nec ista va sit ples. S; et illa q̄ si parēs: et ista q̄ si ples aliquid insinuat. Un̄ interiora atq; veriora exercitati⁹ certiusq; videātur. Difficili⁹ iam plane discernitur: vtrum voluntas q̄ memorie copulat visionem: non sit alicuius eoz siue parens siue proles: et hāc discretions difficultatem facit eiusdem nature atq; substantie parilitas et equalitas. Neq; enim sicut foris facile discernebatur formatus sensus a se sibili corpore: et volūtas ab vtroq; propter nature diuersitatem: que inest ab inuicem omnibus tribus: d̄ qua satis supra disseruimus ita et hic potest. Quis em̄ hec trinitas d̄ qua nūc queritur forinsecus inuēta est animo: intus tamen agitur: et non est quicq; eius preter ipsius animi naturam. Quo igitur pacto demonstrari potest voluntatem: nec quasi parentem: nec quasi prolem esse: siue corporee similitudinis que memoria continetur: siue eius que inde cum recordamur exprimitur: quando vtrūq; incogitādo ita copulat: vt tanq; vnū singulariter appareat: et discerni nisi ratione nō possit. Atq; illud primum videndum est: non esse posse voluntatem reminiscendi: nisi vltimum: vel aliquid rei eius quam reminisci volumus: in penentralibus memorie teneamus. Quod em̄ omni modo et omni ex parte obliti fuerimus: nec reminiscendi voluntas exortur: qm̄ quicquid recordari volumus: recordati iam sumus in memoria nra esse vel fuisse (Uerbi gr̄a) Si recordari volo quid heri cenauerim: aut recordatus iā sum cenasse me: aut si et hoc nondū certe circa ipsum tps aliqd̄ recordat⁹ sum: si nihil aliud ipm̄ salte; hesternum diē et eius eam ptem qua cenari solet: et quid sit cenare. Nam si nihil tale aliqd̄ recordatus essem quid heri cenauerim: recordari velle non possem. Un̄ intelligi pōt voluntatē reminiscendi ab his quidem reb⁹ q̄ memoria cōtinent. pcedere: adiunctis simul eis que inde per recordationem cernendo exprimunt:

Libër

id est ex copulatione rei cuiusdam quã recordati sumus: et visionis que inde facta est in acie cogitantis cum recordati sumus. Sed ipsa que utriusque copulat voluntas requirit et aliud quod si vicinũ est atque cõtiguũ recordanti. Tot igitur huius generis trinitates quã recordatões que nulla est earum ubi nõ hec tria sunt: illud quod in memoria recorditũ est etiã anteqũ cogitetur: et illud quod fit in cogitatione cum cernitur: et voluntas utriusque coniungens. et ex utroque actertia seipsa unũ aliqũd complẽs. An potius ita cognoscitur una quedã in hoc genere trinitas: ut unũ aliqũd generaliter dicamus quicquid corporaliũ specierum in memoria lateret: et rursus unũ aliqũd generalẽ visionem animi talia recordatõis atque cogitatis: quorum duorum copulationi tertia coniungitur copulatrix voluntas: ut sit hoc totum unũ quiddam ex quibusdam tribus.

De multiplicatiõibus trinitatũ que ex recordatione parantur. Capitulũ VIII.

Sed quoniam non potest acies animi sine omnia que memoria tenet uno aspectu cõtueri: alternant vicissim cedendo: ac succedendo trinitates cogitationũ: atque ita fit ista innumerabiliter numerosissima trinitas: nec tamen infinita si numerus in memoria repositarum rerum nõ excedat. Ex quo enim cepit unusquisque sentire corpora quolibet corporis sensu etiam si possit adiungere que oblitus est: certus ac determinatus perfectio numerus foret: quãvis innumerabilis. Dicimus enim innumerabilia nõ solũ infinita: sed etiã que ita finita sunt ut facultatẽ numerantis excedant. Sed hinc aduertitur aliquãto manifestius potest: aliud esse quod reconditũ memoria tenet et aliud quod in cogitatione recordatis exprimitur: quousque cum sit utriusque copulatio: unũ idẽque videatur: quoniam meminisse nõ possumus corporum species: nisi totum quod sensimus: et quod sensimus et sicut sensimus: ex corporis enim sensu eas in memoriã cõbibit animus. Elusiones tamen ille cogitantiũ ex his quod dem rebus que sunt in memoria: sed tamen innumerabiliter atque omnino infinite multiplicantur atque variantur. Unũ quippe solem meminisse: quoniam sicut est unum vidi. Si voluero autem duos cogito vel tres: vel quorũque volo: sed ex eadẽ memoria qua unum meminisse: formatur acies multos cogitantis: et tamen meminisse quod vidi: si enim maiorem vel maiorem meminisse quod vidi: iam non meminisse quod vidi: et ideo nec meminisse. Quia vero memini: tantum meminisse quod vidi: vel maiorem tamen per voluntate cogito: vel maiorem et ita memini ut vidi. Cogito autem et sicut volo currentem et ubi volo stantem: unde volo et quo

volo venientem. Quadrũ etiam mihi cogitare in promptu est: cum meminerim rotundũ et cuiuslibet coloris: cum solẽ viridẽ nunquam viderim: et ideo nõ meminerim. Atque ut solẽ: ita cetera. Ite autem reque fore: quoniam corporales atque sensibiles sunt: erat quod de animo cum eas opinatur eo modo foris eẽ quod intus cogitat: vel cum iam interierit foris et adhuc in memoria retinetur: vel cum aliter etiam quod meminisse: nõ recordandi fide sed cogitandi varietate format. Quod sepiissime credam etiam amara narratiõibus: quod ipsi sensibus preceperunt. Que cum in ipso auditu quoniam narrantur cogitamur: nõ videtur ad memoriã retorqueri acies visibiles cogitantiũ: neque enim a nobis recordantibus: sed alio narrante cogitamur: atque illa trinitas nõ habet videtur expletri: quod fit cum species in memoria lateret et visio recordantis tertia voluntate copulatur. Non enim quod lateret in memoria mea: sed quod audio cogito cum aliqũd mihi narratur. Non ipsas voces loquens dico: ne quisque putet in illa me exisse trinitate quod foris in sensibilibus et in sensibus agit: sed eas cogito corporum species: quod narratur verbis sonusque significat: quod utriusque nõ reminiscens: sed audiens cogito. Sed si diligentius considerem: nec tunc excedit memoria modus. Neque enim vel intelligere possem narrante: si ea quod dicitur: et si preterea tunc presentem audire: non tamen generaliter singula meminisse. Qui enim mihi narret (ubi gratia) aliquẽ montẽ silua exortu: oleis indutum: ei narrat quod meminerim species et montium et siluarum et olearum: quod si oblitus eẽ: quod diceret omnino nescire: et ideo narratõis illã cogitare si possem. Ita sit ut omnia quod corporalia cogitat siue ipse aliqũd fingat siue audiat: aut legat: vel preterita narrante: vel futura presentiantur: ad memoriã suã recurrat: et ibi repiat modum atque mensuram omnium formarum quod cogitans intuetur. Non neque colorẽ quẽ nunquam vidit: neque figurã corporis: nec sonum quẽ nunquam audiuit: nec saporem quẽ nunquam gustavit: nec odorem quẽ nunquam olfecit: nec viliã preteritõis corporis quã nunquam sensit preteritõis omnino cogitare. Ac si preterea nemo aliqũd corporale cogitat nisi quod sensit: quoniam nõ meminit corporale aliqũd nisi quod sensit: sicut in corporibus sentiendi: sic in memoria est cogitandi modus. Sensus enim accipit speciem ab eo corpore quod sentitur: et a sensu memoria: a memoria vero acies cogitantis. Voluntas porro sicut adiungit sensum corpori: sic memoriam sensui: sic cogitantiam acies memorie. Que autem conciliat ista atque coniungit: ipsa etiam distinguit: ac separat in voluntas. Se a sentiendis corporibus motu corporis separat corporis sensus: ne aliqũd sentiam: aut videretur de sinam vel uticũ oculos ab eo quod videtur nolum autem vel claudim: si aures a sonis: sic nares ab

XI

odoribus. Ita etiā vel os claudendo: vel ali-
 quid ex ore respuendo a saporib⁹ auersamur
 In tactu quoq; vel subtrahimus corp⁹ ne tā-
 gam⁹ qd̄ nolumus: vel si iā tangam⁹: abijci-
 am⁹ aut repellim⁹. Ita motu corpis agit volūtas:
 ne sensus corpis rebus sensibilib⁹ copuletur.
 Et agit hoc q̄tū pōt. Nam cū in hac actōe p-
 pter cōditionē seruilis mortalitatis difficul-
 tē parit: cruciatus est cōsequēs: vt voluntati
 nihil reliq̄ fiat nisi tolerātia. Ad memoriā vero a
 sensu voluntas auertit: cū in aliud intenta n̄
 ei finit inherere p̄sentia. Quod animadu-
 ere facile est cū sepe coram loquentēz nobis
 aliquē aliud cogitando nō audisse nobis vt-
 demur: falsum est autē. Audiuim⁹ em̄ sed non
 meminim⁹: subinde p̄ aurīū sensum labenti-
 bus vocib⁹: alienato nuru volūtatis: p̄ quem
 solēt infigi memoriē: veri itaq; dixerim⁹ cuz
 tale aliqd̄ accidit: nō meminim⁹: quā n̄ on au-
 dimus. Nam r̄ legentib⁹ cuenit r̄ mihi se p̄ssi-
 me: vt plecta pagina vel eplā nesciā qd̄ lege-
 rim: r̄ repetā. In aliud q̄ppe intento nuru vo-
 luntatis: nō sic ē adhibita memoriā sensui cor-
 poris: quō ip̄e sensus adhibet⁹ l̄ fis ita r̄ abu-
 lātes intenta in aliud volūtate nesciūt q̄ trā-
 sierint: qd̄ si nō vidissent nō ambulassent: aut
 maiore intentōe palpādo ambulassent: p̄fer-
 tim si p̄ incognita p̄gerēt: sed qz̄ facile ambu-
 lauerūt: vtiq; viderūt. Quia x̄o nō sicut sensus
 oculoꝝ locis q̄cūq; p̄gebat: ita ip̄i sensui
 memoriā iungebat: nullo mō id qd̄ viderunt
 etiā recentissimū meminisse potuerūt. Jam
 porro ab eo qd̄ in memoriā ē animi aciē velle
 auertere: nihil est aliud q̄ nō inde cogitare.

¶ In quolibet genere trinitatū volūtas
 nec parēs inueniat esse nec ples

Capitulum IX.

In hac igit̄ distributōe cuz incipim⁹
 a specie corpis: r̄ puenimus vsq; ad
 speciē que fit in intuitu cogitātis: q̄-
 tuoz species repiunt̄ quasi gradatim nate al-
 tera ex altera. Scda de prima: tertia de scda
 q̄rta de tertia. A specie q̄ppe corpis qd̄ cernit̄
 exozit̄: ea q̄ fit in sensu cernētis: r̄ ab hac ea q̄
 fit in memoriā: r̄ ab ea q̄ fit in acie cogitātis.
 Quapropter volūtas quasi parētē cū p̄ter
 copulat. P̄rio specie corpis cū ea quā gignit̄
 in corpis sensu. Et ip̄am rursus cū ea q̄ fit ex
 illa i memoriā. Atq; istā q̄ tertio cū ea q̄ ex il-
 la parit̄ in cogitantis intuitu: sed media cor-
 pula q̄ secunda est: cum sit vicinior non tā si-
 milis est prime q̄ tertia: visiones em̄ due sunt
 vna sentientis: altera cogitantis. Ut autem
 possit esse visio cogitantis: ideo fit in memo-

ria. De visione sentientis simile aliquid: quo
 se ita conuertat in cogitando acies animi: si-
 cut se in cernendo conuertit ad corpus acies
 oculoꝝ propterea duas in hoc genere tri-
 nitates volui cōmendare: vna: cum visio sen-
 tientis formatur ex corpore: aliam cum visio
 cogitantis formatur ex memoria. Ad eiam
 vero volui: quia ibi non solet visio dici: cū me-
 morie cōmendat̄ forma: que fit in sensu cernē-
 tis. Ubicq; tñ voluntas non apparet nisi copu-
 latrix quasi parentis r̄ prolis. Et ideo vnde
 cūq; p̄cedat: nec parēs nec ples dici potest.

¶ Facile sit cogitanti fingere sibi has spe-
 cies quas non vidit ex earum recordatione
 quas vidit. Capitulum X.

Ad em̄ si non meminimus nisi qd̄ sen-
 simus: neq; cogitamus nisi qd̄ me-
 minimus: cur plerūq; falsa cogita-
 mus cum ea que sensimus: nō vtiq; falso me-
 minerimus: nisi qz̄ voluntas illa quam coniu-
 cticē ac separatricē huiuscemodi rerum iāz
 q̄tum potui demonstrare cur au: formādam
 cogitantis aciem p̄condita memoriē ducit
 vt libitū ē: r̄ ad cogitāda ea q̄ n̄ meminim⁹ ex his
 q̄ meminimus aliud hīc: aliud idē: vt sumat r̄ i-
 pellit: q̄ in vna visionē cōiūctia faciūt aliquid
 qd̄ ideo falsum dicat̄: qz̄ vel nō est foris in re-
 rū corpearum natura: vt̄ non de memoria vi-
 detur expressum cū tale nihil nos sensisse me-
 minimus. Quis em̄ vidit cygnum nigrū: r̄ p̄
 preea nemo meminit cogitare tñ quis nō po-
 test: Facile est em̄ illā figurā quas vidēdo co-
 gnouimus nigro colore p̄funderē: quē nihil
 ominis in alijs corpibus vidim⁹. Et qz̄ vtrū-
 q; sensimus: vtrūq; meminimus. Hec autē qz̄
 drupe dem̄ memini quia non vidi. Sed fanta-
 siam talem facillime intueor: duz̄ alicui forme
 volatili qualem vidi adiungo alios duos pes-
 des: quales itidem vidi. Quapropter duz̄ cō-
 iuncta cogitamus que sigillatim sensa memi-
 nimus videmur nō id quod meminimus cogi-
 tare: cum id agamus moderante memoriā
 vnde sumim⁹ om̄ia que multipliciter ac va-
 rie pro nostra voluntate componimus. Nam
 neq; ipsas magnitudines corporum quas nū-
 q̄ vidimus sine opere memoriē cogitamus.
 Quz̄ enim spacij solet occupare per magni-
 tudinem mundi noster obtutus: in tantuz̄ ex-
 tendimus quaslibet corporum moles: cū eas
 maximas cogitamus. Et ratio quidem pere-
 git in ampliora: sed phantasia non sequitur.
 Quippe cum infinitatem q̄ numeri ratio re-
 nunciet: quas nulla visio corporalia cogitan-
 tis apprehēdit. Eadē rō docet inutilissima eti

Liber

am corpuscula infinite diuidi: cū tamē ad eas tenuitates vel minutias peruentū fuerit q̄s visas meminim⁹ exiliores minutioresq; phātasias iam nō possum⁹ intueri: q̄uis rō nō de finat psequi ac diuidere: Ita nulla corpalia nisi aut ea que meminimus aut ex his que meminimus cogitamus.

De mensura ⁊ numero ⁊ pondere quorū similitudo fit in memoria ⁊ visione ⁊ voluntate.

Capitulum XI.

Sed qz numerose cogitari p̄it que sigillatim sunt imp̄ssa memorie: videtur ad memoriā mēsurā: ad visionē vero nūerus pertinere. Quia lz innūerabil sit multiplicitas talis visionū: singulis tñ in memoria p̄scriptus est intrāgressibilis modus. Abēsurā igit in memoria: in visibilib⁹ numer⁹ apparet: sicut in ip̄s corpibus visibilib⁹ mēsurā quedā est: cui numerosissime coaptat sensus videntium: ⁊ ex vno visibili multoz cernentium format aspect⁹: ita vt etiā vn⁹ ppter duorum oculoz numer⁹ plerūq; vnā rem geminatā specie videat: sicut sup̄ docuim⁹. In his ḡ rebus vñ visiones expr̄munt qdā mensurā ē. In ip̄s aut visionib⁹ numer⁹. Volūtas vero q̄ ista coniungit ⁊ ordinat: ⁊ quadā vnitate copulat: nec sentiēdi aut cogitādi appetitū nisi i his rebus vñ visiones formant acq̄escēs collocat ponderi similis ē. Quapropter hec tria mensurā: numer⁹ pond⁹ etiā in ceteris oibus reb⁹ animaduertēda p̄libauerim. Nūc interi volūtātē copulatricē rei visibilis atq; visib⁹ q̄si pentis ⁊ plis: siue in sentiēdo siue in cogitādo: nec parentē nec plē dici posse: quō valui ⁊ quib⁹ valui demonstrāui. Cū tps admonet hāc eandē trinitatē in interiorē hoie req̄rere: atq; ab isto d quo tādū locut⁹ sum aiāli atq; carnali q̄ exterior: d̄ intro: sus tendē. Vbi speram⁹ inuenire nos posse fm trinitatē imaginē dei conat⁹ n̄fos illo ip̄o adiuuātē quem omnia: sicut res ip̄e indicāt: ita etiā z sc̄tā scriptura in mēsurā ⁊ numero ⁊ pondere dispositū fuisse testatur.

Explicit liber vndecimus

Incipiunt capitula libri duodecimi.

- i Quid sit ⁊ etiā in aīo n̄ro intelligendū sit ad exteriorē hoīem pertinere.
- ii Corpales sensus cōes nobis esse cū peccorib⁹: sed ppriū esse hoīs de his q̄ sensu corporis cōprehendit secundum eternas iudicare rationes.
- iii Actiones corporales ita demum esse re-

ctas si eis regendis mentis intellectuale p̄fuerit

- iiii Quid intersit inter illud quo mens inclinatur ad temporalia ⁊ illud quo contemplatur eterna.
- v De opinione eorum qui coniugio masculi ⁊ femine ⁊ eorum proli diuinā comparant trinitatem.
- vi Q̄ homo non ad vnus in trinitate persone sed ad totius trinitatis imaginem sit creatus.
- vii De eo qd̄ ap̄ls dicit virū esse imaginem dei: mulierē autē gloriā viri
- viii Quibus p̄gressibus mens corporalium vsu ⁊ imagine delectata: ab eternorum contemplatione deficiat.
- ix Q̄ perniciose relicto cōmuni bono: priuata querantur.
- x Que sit humana temptatio: ⁊ qd̄ pctm̄ extra corpus habeat
- xi Quib⁹ demutatōib⁹ hō ab imagine dei in similitudinē pecoris delabatur
- xii Q̄ cōpabilis sit primoz hoīm preuaricatione mens q̄ ad amorē tpaliū sensu est tracta corporeo.
- xiii De eoz snia qui in vno hoīe mentē in persona viri: sensus autē corporis in p̄sona mulieris accipiendū esse dixerunt.
- xiiii In que officia proprie sapientia ⁊ scientia dei dantur.
- xv De opinione platonis qua credidit aīaī alia vitam priusq; corporibus induerentur habuisse.

Aurelij augustini episcopi de trinitate liber duodecimus incipit.

Quid sit ⁊ etiā in aīo n̄ro intelligendū sit ad exteriorē hoīem pertinere. La. I.

Hec nunc videamus vbi sit quasi quoddam hominis exterioris interiorisq; confinium. Quicquid enim habemus in animo commune cum peccore recte adhuc dicitur ad exteriorē hominem pertinere. Non enim solū corpus homo exterior deputabitur: s; adiuncta quadam vita sua qua compages corporis et oēs sensus vigent: quibus instructus est ad exteriora sentienda. Quorum sensorum imagines infixę in memoria cum recordando reuisuntur: res adhuc agit ad exteriorē hominem pertinere. Atq; in his omnibus non distamus a peccore: nisi q̄ figura corporis non promi sed erecti sumus. Quia in re admonet

XII

mur ab eo qui nos fecit ne meliore nostri parte. i. animo similes pecoribus sim? a quibus corporis erectione distamus: nō vt in ea q̄ sublimia sunt in corporibus animū pyciam? Nā vel in talibus q̄erē voluntatis appetere p̄sternere est animū. sed sicut corp⁹ ad ea que sunt excelsa corpor⁹. i. ad celestia naturalit̄ erectū est sic anim⁹ q̄ substātia spiritualis est: ad ea q̄ sūt in spiritalibus excelsa erigend⁹ est nō elatione sup̄bie: sed pietate iusticie.

Corpales sensus cōmunes nobis esse cum pecoribus: sed ppriū esse hoīs de his que sensu corporis cōprehendit scdm̄ eternas iudicare rationes.

Lap̄m. II.

